
6
11-a
6
7 D
3

IACOBI
GADDI



IACOBI GADDII


ELOGIA HISTORICA

tùm soluta, cùm vincta

Numeris oratione perscripta, & Notis illustrata.

Bibliothecae Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu





Ex legato [illegible] Cocini

FLORENTIÆ

Typis nouis Amatoris Massæ, & Soc. 1637.

SVPERIORVM PERMISSV.

Admodum Reuer. D. Canonicus de Iacopis videat an in pręsenti libro contineatur quod pietati Christianę, bonisuè moribus aduersum sit,& referat. Dat. die 29. Septemb. 1637.

Vincentius Rabatta Vicarius Gener. Flor.

Hoc opus D. Iacobi Gaddij typis excudi posse affirmo cum pietati Christianæ, bonisq; moribus nihil aduersi contineat. D. die 2. Octob. 1637.

Nerius de Iacopis Canonicus Flor.

Attenta relatione prædicta Imprimatur liber seruatis seruari solitis. Dat. 2. Octob. 1637.

Vincentius Rabatta Vic. Gen. Flor.

Die octaua Octobris. 1637.

Imprimi potest.

Fr. Ioannes Inquisitor Generalis Florentiæ.

Alessandro Vettori Senatore Auditore di S. A. S.

INDEX NOMINVM,
que Elogijs, & Adlocutionibus ornantur.

Ioan-

Rodul-



EXEMPLARIA.



I.



VAM falsi animi sint Philosophi quidam horridiores, qui ne vnam quidem iudicant cum aliquo vitio virtutem posse vnquam in eodem homine consistere, declarauit Toritæus, qui vitijs, virtutibusq; permixtus diù regnauit. Hic libidinis, iræq; victor, victus à cupiditate regnandi; nobilitate, aut virtute egregios honorificè, gregarios quosque comitèr excipiens linguæ petulantiam, qua ineptè superbi dominatores vtuntur, ignorabat. Animo vastus grandia continenter appetebat dexteræ pugnacis, & cordis à sæuientis fortunæ turbine inconcussi robore indomito munitus. Hinc mira celeritate, ausûq extinctis conspirantium ciuium facibus coniurationem, & coniurantes variè mulctatos oppressit, rebellantes Dynastas domuit, Regemque finitimum, qui motibus hisce cognitis, non

temerè conceptæ ſpei plenus armis inuaſerat imperij fines, arte vicit. Siquidem Toritæus aſtu armatus, ac diſſimulatione ſingulari, bilinguis, Dædalus fraudum ingenioſiſſimus, quas aliquandò fingens ſimplicitatem, & libertatem loquendi, & ſacramenti Religionem oſtentans tegebat; pacem petijt à Rege, obtinuit iniquis conditionibus; cuius deinde ſimulans venerari virtutem bellicam, atque potentiam, ſe nuptui traditurum ei ſororem pulcherrimam pollicitus eſt. Hoc prætexens non ſemèl miſit Legatos maximè ſibi deuinctos, miræq; calliditatis ad Regem, qui Toritæi magnificentiam ſectantes donis maximis, maioribuſq; promiſſis quoſdam aulæ Regiæ primores corruperunt, è quibus duo acturi de nuptijs, & dote legantur ab incauto Rege ad Toritæum. Hic opulentiſſima oppida ſuprà ingentem auri numerati numerum, & dignitates ſummas pollicitus legatis, adulterinas Regis litteras poſtremò indicans minimè placituras, vt erat calumniarum faber, & diſcordiarum ſator vnicus, hos impulit in Regiam necem. Quid multa? Reuerſi legati rebus compoſitis Regem aliquandò cum elegantiſſima matrona alterius conſanguinea ludentem confodiunt; duce, ac militibus iam corruptis Prætorio potiuntur, libidinem ſuperbam Regis nulli parcentem execrantur, &, cum nullus ſit Regiæ familiæ ſuperſtes, inuitant nobiles, & populares, vt prudentiam, virtutem, liberalitatem ſingu-

larem

larem Toritæi Principis finitimi, ac potentis amplectantur se se huic dedentes. Hor tantum auctoritas, & existimatio; articulus, inquo, Regnum, erat, cui bellum indixerat Resp. florentissima, fama & gratia, qua florebat apud multos sibi conciliatos beneficijs Toritæus, quæ prudēter æquè ac liberalitér seminabat in aulis, & vrbib. primarijs proximorum regnantum: ignoratio Toritææ fraudis, atque molitionis adeò nefariæ, machinatorem sceleris occultum, palàm declararunt Regem. Hic oppida, & Dynastas aliquos reluctantes quà dolo, quà vi oppressit, quà cepit pecunia, & vniuersum Regnum obtinuit. Hoc scelere partum vt retineret scelere post captatam initio auram ób aurum largitér effusum, ób honores in speciem egregios, quibus decorauit non paucos optimates euehens laudibus, & decretis amplissimis, maximéq; speciosis titulis, quos affectabat gens leuis, & ambitiosa, duos, à quibus coronam capitis acceperat, capite mulctauit, exuitq; datis oppidis, & patrimonio, iniustè iustus. Alios ob virtutem, opesq; formidatos veneno, aut ferro clàm é medio sustulit, quibus tandem patefactis ipse aliquando à fortissimorum virorum agmine coniurato palàm trucidatus occubuit. Cecidit honestiús, quàm steterat. Siquidem infractus, interritusq; se tutari fortitér aduersus tot hostes ferro stricto, sed procedens ob septem vulnera læthalia fateri se reum Numinis, áb hoc scelerum veniam

petere, parcere vulnerantibus, lacrymas, ſanguinem, corpus victimam offerre gratiſſimam Deo, cuius nomine repetito efflauit ſpiritum. Hunc, ſi viuentis adſpexeris, dignum Tartaro, ſi morientis, Olympo iudicabis.

II.

ELogiarchum elogio fraudare nephas; qui plurima ſcripſit Elogia, vnum ſaltem obtineat.

Hic patriam à noſtro orbe diſſitam nactus, prophanum vulgus arcebat contemptu, non odio proſequutus, non enim regnat in ſapiente, qui nihil à præpotentibus Regibus, nedum áb impotente vulgò timet, odium timoris, vel filius, vel alumnus.

Amans fidei ſuprà Elogiaſtarum morem, quæ ſuprà fidem ſunt, præterit ſingularis cultor veritatis; linguæ puritatem dignam puro aſſentationis, atq; malignitatis ſcriptore, & quæ grauem decet, ac moderatum, moderationem, atq; proprietatem laudum adhibet non has fingens, aut in immenſum augens, vt non pauci Elogiographi, qui efferentes immodicè aliquem, deprimunt cæteros pares, vel maiores, cum olli ſua in arte principatum, ſiuè Monarchiam Deſpoticam (vt ità dicam) tribuant inconſultè, ideòq; ſecum ipſi pugnent, dum plures eodem in libro Monarchas conſtituant.

Elogiarchus verò parcus, & breuis, præſertim notiſ-

notiſſimis in rebus declinat ſcopulum; ad quem offendit non rarò diſertiſſimus Iouius, dum laxat effuſas habenas eloquentiæ ne, an potiùs loquentiæ?

Amabilis tamen elogiarchus ób iucundam varietatem, qua plerumque terminat Elogia, cum hæc aut ingenij acuminibus, aut eloquentiæ luminibus, aut monitis Politices abſoluantur: mirabilis idem ób varietatem difficillimam exordiorum, quę ferè varia, vel diuerſa format éx argumenti viſceribus petita, è Philoſophiæ penetralibus, ex hiſtoriæ fontibus ſolertér hauſta.

III.

POlitus, velut optima comparatione Tyrannum à coniuratis ſublatum reddere vellet magís exoſum, ac execrabilis memoriæ vitam longè diſſimilem inſtituit. Ille inani faſtu, atque ſuperbia falsò exiſtimationem, ac reuerentiam barbaricam affectans, nunquam ſine purpura, diademate, ſceptro, quadrigis penè triumphalibus per Vrbem incedebat, agmine ſatellitum armatus. Hic amore ciuium clypeo impenetrabili munitus reiecerat excubias, non habitu, non cultu, at vna, ſed multiplici virtute conſpicuus cum ciuibus de moderatione, deque pietate contendebat. Ille, vt plerumq; corporis veſtitus animum denudat ſagacibus contemplatoribus, ad externam ſpeciem conformabat in-

ternam deformem fædis arrogantiæ, libidinis, atq; crudelitatis barbaræ maculis. Hic simulacrum optimi Regis exprimens varijs virtutibus,nobilioribus nempè gemmis nobilissimus artifex, quæ nusquam eripi valet,coronam verè Regiam contexebat. Dispares mores dispar exitus comitatur. Illum contemnentem homines auribus superbis, impijs dicterijs numen; auroq; nimis, ac ferrofidentem oppressit venenum; æquissimo fato, cum ipse venenatis poculis, dapibusq; Senatores non paucos, aliosque proceres coronatus carnifex extinxerit. Hic verò cunctis ordinibus maximè gratiosus, vt potè sermone blandus, alloquio facilis, nunquàm effæta beneficentia fætus, mentibus omnium amoris arctissimo vinculo deuinctis imperabat, antequàm imperaret.

IV.

CVm propter amœnissimum Litus pisces captaret, piscibus deuorandus in Mare præcipitatus est à duobus aulicis, olìm iniuria palmari affectis Apontotyrannus Rex auita, non sua virtute nobilis;quippè qui parui, & ingenij, & iudicij, ac proindè minoris existimationis nullas ferè belli, aut pacis artes edoctus: literas,eruditosque viros non fouebat, vt Princeps, at contemnebat, vt imperitus. Habebat apud se continentèr quosdam regulos

non

non regere, sed regi dignos, nec alio Principe. Optima imperij instrumenta bonos amicos, & consiliarios patris, tantæ moli non impares dimiserat consilio pessimo. Generi suo parùm æquus, iniquus Regni primoribus, quos aliquandò falsis criminibus damnatos dominatu, ac vita exuit, ambitione; an metu incertum, vel varijs legationibus ad remotissimos Reges misit, exilium huiusmodi honore prætexens; nec imprudentèr, nisi mentem, consiliumque suum imprudens multis aperuisset. Inter gentiles vnum Diarchum honestè retinuit, timore potiùs, quàm amore; fidei contemptor, atq; honesti nullo Reges iure adstringi impudentèr, ac impiè dictitans. Auri rapax, & prodigus, nunquam liberalis; laudi, vel immeritæ sitiens assentatores opibus, & dignitatibus indignè cumulabat. Minimè gratiosus apud nobilitatem, inuisus bonis, contemptus à facinorosis, execratus ab omnibus. Iustitiæ, ac Religionis raro cultor, hinc raro fortunatus: mortem immodicè timebat, qui post mortem nihil timere videbatur: Scilicet huiusmodi morte dignus, vt qui malè vixit, malè moreretur, quandò vitæ non dissimilis exitus respondet.

V.

INconcussum politicæ molis fundamentum est Iustitia; pilę anteriores, consilium, & proui-

dentia, quas comitantur posteriores, animi celsitas in arduis aggrediendis, in perficiendis constantia, purij timoris nouerca, & periculorum contemptrix. Panditur ianua, videlicet priuatio priuatarum affectionum publici boni ergò, quæ non Phisici, at Politici corporis principium est, & æquęuum: prò inexpugnabili arce in Cælum attollitur ardens libertatis æquissimæ cupido. Præcipuæ surgunt columnę, quibus, veluti polis Cælum, regitur machina superior; ciuium æqualitas, atque concordia. Aliæ columnæ virtutes variæ, fides inuiolabilis, clementia in sé se subijcientes, in contumaces, malignosque seueritas; paterna in subiectos charitas; votum honestè, ac moderatè propagandi Regni; generosa in oppressis amicis tutandis perseuerantia, studium pacis; ciuium institutio ad bellicam disciplinam salutaribus præceptis constitutam; animi habitus vtramque fortunam benè ferre docti, cladibus æquè, ac victorijs inuicti. Machinam ciuilem deuinciunt catenę amoris, atque silentij arcana rerum tegentis: fornices, quibus cænaculum innititur, optimæ sunt Leges, de iuuentute præsertím nobili liberalitèr educanda, de pænis, ac præmijs distribuendis pro vniuscuiusque meritis largiendo, vel adimendo Ciuitatem, de perfecta Reipublicæ constitutione. Hanc tribus è rectis gubernationum formis harmonico temperamento conflatam regit Princeps perpetua, sed moderata potestate,

quæ

quæ à Senatu optimatum, magnoque Ciuium concilio roboratur. Aula demùm simulacris excellentium Senatorum figurata prò fenestris aperit ora famæ illorum præclara facinora celebrantis, dum tecti nunquam casuri vice fungitur Immortalitas.

V I.

QVem thoracatum, dexteraq; oculisque ardentibus fulminantem adspicis, ò hospes, animi oculis inspice calamo veridicoexpressum. Origo illi è gente N. Dynastis, & Senatoribus fæta: Pater, Auus, Proauus proceres Reipub. maternum genus, in quod adoptione transiuit, impar virorum claritudine; at vetustate, opibusq; maius. Iuuenta grandes fructus tulit ocyoris virtutis, qua numeris absoluta iàm florere ferebatur, existimationi parem dignitatem oris augusti, atque animi humilia despicientis amplitudinem ostentans; sago melior, quàm toga, moribus in speciem optimis; ingenio habiliori ad imperandum, quàm parendum fuit. Equestre agmen duxit adolescens; mox inuictæ virtutis commendatione delectus vniuersi exercitus Imperator in varijs bellis, gloriam sibi patriæq; peperit, egregias victorias, at spolia minimè ampla referens; Verum ambitione, atq; ira in parũ æquum, ingratumque Senatum pessimis Consultoribus actus patriã importunissimo tempore deseruit ho-

it hostibus indignè adhærens. Itaque hoc supremo facinore detestato tantundem apud æquales meruit malæ famæ, quantum bonę primis, & egregijs. Infælici, vt par erat, fato raptus est; fælix profectò, si ætate minor in medio glorię intaminatæ cursu occubuisset.

VII.

PHilopatri Senatori magna vis auri, & clientum; virtus maxima; inuidia ferè par aliquorum, qui meritis longè impares, auctoritate, atq; existimatione illum non æquare tantùm, sed etiam antecedere impudentèr contendebant; gratia verò singularis apud æquos Ciues, qui sua longè ampliorem virtutem non odio, vt inuidi, & maligni, at amore, cultuq; vt probi, verèq; nobiles prosequebantur. Accedebat corporis excelsi, orisque planè augusti maiestas digna principe tantæ Ciuitatis, adeoq; illustris Familiæ. Huius decus tuebatur continenti vitę splendore, non superbo, sed moderato; ac beneficentia in omnes, quos merita in patriam, aut virtus aliqua nobilitasset; auri, cuius emicat nitor prudentèr effusus, largitor liberalis, cui animus inerat maximis diuitijs maior.
Ingenij acumen cum iudicij grauitate iungebat salubri fædere, prudentię, an eloquentiæ robore præstantior, ambiguum; at exploratum est vtraq; maxi-

maximè præstitisse, vt etiam Christiana pietate atq; in patriam charitate. His artibus optimis, & honestissimis Præfecturas, Magistratus, Legationes, dignitates ferè omnes Reipublicę adeptus victuram gloriam sibi, posterisq. Patriæ verò complura commoda, & fælicitatem comparauit Ciues exemplo facundo efficax Orator excitans ad virtutem, quæ ciuilis est mater vnica fælicitatis.

VIII.

ALithicus historiam elaborauit cunctis naturæ, artisque præsidijs communitus. Animus illi excelsus eorum, quæ vulgus immodicè suspicit, contemptor, honesti, gloriæque appetens; veritatis suprà quam cuiquam credibile est, amans; ingenuus ciuilem oris, calamiq. libertatem peramabat; assentationem oderat vti præsentissimum virtutis, atque potentiæ venenum; nullius rei simulator, nullius dissimulator, nunquam subdolus. Ingenium Alithico acutum, ardens, quo velut æthereo vehiculo vectus Moralis, naturalis, ac diuinę Philosophiæ Templa non semél inuisit; nec in Regno iuris prorsus hospes fuit.

Antiquitatis cupidissimus indagator monumenta scriptorum, tabulasq. publicas exquirens diligentér, ac sæpiús euoluit; dissentientium aliquando sententias, & verba ipsa examinans ád Legem, & libel-

lam historiæ singula direxit amplificationibus reiectis vnà cum odio, inuidia, spe, gratia. Hinc vitia virtutum affinium sagaci velo non texit, neque decora nomina rebus indecoris, aut ambiguis callidè imposuit. Non æquè ingenij laudem quęsiuit, ac veritatis, quæ Matronę castissimæ instar germana pulcritudine contenta fucum, atque pigmenta meretricia detestatur, vt etiam virosa libertatis Historicę condimenta, scommata, contumelias, iocosum contemptum.

In Alithici veritatis acerrimi sectatoris narratione res potius, quàm verba; & hæc, vti rerum imagines, lector inspicias, tamen superat candor eloquij mollitér fluentis cursu nunquam discordi, qui candorem mentis, & linguæ, cordisque concordiam repræsentat.

IX.

DYnata gens olìm Patriæ regnatrix iactat vetustissimę originis amplitudinem, plurimosque proceres dominatu, sagi, ac togæ artibus inclytos, è quibus MAGNI, & PATRIAE PATRIS glorioso cognomento inclaruere. Tot lumina præconio digna prætereàm vnius Epistati nomine paginam hanc illustrans. Imperauit ille compluribus oppidis, & Vrbi Stasiodicæ, cuius Principatu Dynastarum fraude non semél exutus est. Verùm affinita-

nitate, amicitiaque inita cum Rege finitimo, quem Principibus, atque Ciuitatibus non paucis coniunctus fœdere superauerat magna virtute, gloriaque bellans, Regnum in Patria illustri, Regno Martis, atque Musarum indiuiduo constituit. Id quatuor legitimi Principis arcibus communiuit Beneficentia, Iustitia, Clementia, Liberalitate, quarum præsidio, & ornamento nomen immortalitati commendauit. Lętali demúm febre correptus atrocissimo dolore concussit ciuium optimorum corda, quę nobiliore sui parte possidebat cor ipse Ciuitatis.

X.

NVnquam Respub. vidit par Senatorum adeò par, adeòque impar: Dicæus quippè recti tenax, & veritatis cultor studiosissimus integritate Fidei, candore morum, singulari ergà Patriam charitate præstantior. Panurgus verò eloquentię, ac doctrinę pręcellentis viribus, consilijq; robore validior, popularis gratię captandę mirus artifex honores faciliùs obtinuit, quos magís meruit Dicęus. Quandoquidem humanis animis veluti pestilenti morbo corruptis vir callidus consequitur, quod non assequitur syncerus, qui mauult necti fraudibus, quàm nectere, doctus ferendum potiús esse, quàm faciendum scelus.

Vtrique nobilitas, opes, ingenium, existimatio æqua-

æquales funere; fama erit huic intaminata, illi vitijs, atque virtutibus permixto ambigua; illa est expetenda cunctis; hæc plerisque comparatur.

XI.

CONsiderabile disposizion fatale si scorge in alcune famiglie à guisa d'Alberi felicemente trapiantate in varie Regioni per illustrar diuerse Cittadi. Trà quelle si deue annouerare l'. . . . . Signora di molte Castella, che discesa da Ormondo nobilissimo Baron Tedesco, Capitan Generale dell'Imperador Federigo Barbarossa in Toscana, e nell'Vmbria si sparse in breuissimo tempo in diuerse Città d'Italia; e imparentandosi con Principi, e Signori grandi produsse molti Generali delle prime potenze della Cristianità. Il maggior di questi Ruggiero coll'altezza de' carichi, e de' titoli, e con l'eccellenza di gloriose azzioni superò qualunque più celebre Guerriero. La puerizia non puerilmente consumando impiegò nell'apprendere la tanto necessaria lingua latina, della quale poi si valse nello studiar l'Istorie Romane, la Matematica, e la morale Filosofia, per quanto fá di mestieri ad vn Caualiero di spada, hauendo fatto mirabil progresso nel caualcare, nello schermire, & in altri esercizi Caualereschi, per li quali si accresce la destrezza, & il vigore del corpo, e dell'animo, che giurato fratello in

lo in questa vita segue comunemẽte la disposizion, & il temperamento di quello. Vinse col fuggir(gloriosa fuga) i dua maggior nemici della giouentù l'ozio, e l'amor osceno, ribelli della Virtude, corruttele de' buoni costumi, e del vizio producitori. Non isdegnò l'amor honesto, dà' più dotti celebrato, da' migliori abbracciato, ilquale in gentil cuore eccita desiderio ardente di perfezionarsi, e di fare generose operazioni per rendersi degno dell'amata bellezza, la quale raggio del Sol diuino innalza l'honesto vagheggiator à contemplar la bellezza Ideale.

Amò Ruggiero vna Donzella bellissima, e castissima, in grazia della quale non solamente fece Tornei, e Giostre, ma dalla di lei vista auualorato la difese contro la violenza di tre ignobili nobili, che dal furioso Amor lasciuo accecati, e rapiti, rapir la voleuano, mentre nel prato non lontano dalla villa materna staua cogliendo fiori per ornar vna sua Cappella. Le brutte azzioni sortiscono brutto, & infelice fine: quelli, che voleuano il corpo, ed il fiore verginale iniquamente vsurpare, persero alla fine la vita propria dopo molte ferite date, e riceuute dall'vnico Ruggiero. Questi dimostrò in altra occasione il medesimo valore, ma più ammirabile. Accorgendosi d'essere stato insidiosamente messo in mezzo da cinque nemici egualmente armati, che diuisi haueuano preso i capi di vna lunga strada, quasi leone da feroci cani, e cacciatori assalito, infiam-

mando di generoso sdegno, e desio di vendetta si auuentò alli tre vicini, e colla prima stoccata il più ardito nel cuor ferendo à terra gettò, ed incontanente col pugnale riparando il fiero colpo d'vn'altro, per vn occhio la testa di questo passò con la spada, e scansando col chinarsi vna mortal ferita dal ferro auuersario minacciata si ritirò alquanto indietro, perche già vedeuasi addosso li dua freschi nemici, non per mancamento d'animo, ma per superar con arte quello, auanti quelli l'assalissero. Il terzo precipitosamente, è inconsideratamente seguendo lo stracco Ruggiero venne da sè stesso ad ammazzarsi, poiche s'infilzò nella spada di Ruggiero, ilquale senza voltar le spalle ritiratosi artifiziosamente ottenne conforme al disegno l'intento. Ne fermandosi pure vn momento si rimette in guardia somministrando vigore al corpo già languido per vna ferita riceuuta, l'animo inuitto, e insuperabile; schiua dua colpi, ferisce l'vno delli nuoui assalitori con mirabil destrezza, siche l'altro auuilito per veder sanguinar quello, e gli altri atterrati vilmente fugge. Rimasto del pari l'impareggiabil Ruggiero quasi Aquila si lancia inuerso il ferito, solo di cinque rimasto nella battaglia; ma humiliandosi questo, e chiedendo perdono dell'iniquo assalto l'ottiene dal magnanimo, che ritiene il ferro vibrato, ilquale nondimeno arriuò la pelle nemica, Chi negherà maggior lode douersi à Ruggiero per

vno

vno non ammazzato, che per li tre morti, e per l'altro fugato? mirabile ſenza dubbio è ſtata la fortezza dimoſtrata nel ſuperar tanti; ma non meno memorabile ſtimo l'hauere nel feruor della zuffa, e dell'ira giuſtiſſima, mentre poteua vendicarſi di tanto aſſaſſinamento, frenato l'impeto, vſato clemenza ſingolare, quaſi ſdegnando ſuperar chi s'humilia, e ſi confeſſa inferiore, e perdente.

Queſte furono le priuate, benche glorioſe prodezze di Ruggiero, ilquale in età virile conoſcendoſi nato per la Patria, conforme al debito di buon Caualiero volendola beneficare, queſta col ſeguito de' Parteggiani della ſua Famiglia, e col braccio dell'Imperadore liberò dalla Tirranide di vn Foreſtiero, e Barbaro dominatore al Cielo nemico, e dalla Terra deteſtato. Alla pietà moſtrata inuerſo la Patria aggiunſe la Religione combattendo con eroica virtù per la Romana Chieſa, di cui fù eletto Gonfaloniero, e Generale; debellò vn potente Tiranno Capitan eccellentiſſimo, e fattolo prigione inſieme con cento condottieri, mille ſettecento Lance, e quattromila Fanti con memorabil vittoria per hauer perduto ſolamente cento de' proprí Soldati, e vn ſolo Condottiero, e per il contrario tagliato à pezzi duà mila nemici. Laonde ritornarono à ſoggettarſi al Romano Pontefice ſei Città, e molte Caſtella già ribellate; la grata liberalità del quale rimunerò il Vincitore con donarli in per-

petuo Vicariato vna delle Città ricuperate, ed il gouerno della Romagna con titolo di Conte, titolo in quel tempo ſtimatiſſimo. Contentauaſi Ruggiero della ſola gloria di hauer vinto, e perciò non ſi era ritenuto, ſe non dua ottimi deſtrieri, e la ſpada, e l'elmo del nimico Principe, diſtribuendo con giuſto riguardo de' meriti di ciaſcuno la preda ricchiſſima, e notabile alli ſoldati, de' quali riſpiarmaua con inſolita carità il ſangue, volendo ſempre, che la Vittoria fuſſe del nimico, e non dell'amico ſangue colorata. Comandaua, che fuſſe laſciato in tutto l'honore delle Vergini, in particolar di quelle conſacrate à Dio, di chiunque violaſſe queſte ſeuero gaſtigatore. Ringrazio con publiche dimoſtrazioni lo Rè dell'Vniuerſo, donator della Vittoria, per la quale ottennere faceua diuote preci à quello innanzi alla battaglia impetrando il fauor Diuino col purgar la coſcienza, e illuminar la mente con interni atti di virtù ſublime. Laonde meno ci doujamo marauigliare delle Vittorie, che poi ottenne comandando alli Eſerciti del potente Signore di Padoua, ilquale non poche Città famoſe ſignoreggiaua, e del Marcheſe di Ferrara; e che nel medeſimo tempo gli fuſſe dalli Imbaſciadori, e del Rè di Napoli, e della Republica Veneziana con patti honoratiſſimi offerto il Generalato.

Accettò prudentemente il Veneziano, ſapendo che li Rè (come auuenne à queſto di Napoli) terminan-

minando la gloria, e potenza propria colla vita, spesso mancando di successori, e quasi sempre di eguali; doue per il contrario le Republiche bene costituite, non dependendo dalla vita di vn solo dominatore à moltissimi casi, e pericoli sottoposta, ma reggendosi dal vigore d'vn Senato immortale si perpetuano per molti secoli emule dell'Eternità.

Fornita la Guerra Veneziana, alla quale succedè vna stabil pace, licenziato, e honorato sommamente dal Senato, si ritirò in Milano instantissimamente pregatone dal Duca G. Galeazzo Visconte, che in quel tempo era dopo il Rè di Francia il più ricco, e potente Principe della Cristianità. Sostenne gloriosamente il Generalato delli Eserciti Ducali, reprimendo, e debellando i vicini Principi di cotanto Imperio inuidiosi, e ingelositi. Ma finalmente varcata l'età virile conoscendosi Ruggiero conforme alla dottrina del Filosofo nella diuina opera politica più abile ad esercitare il consiglio, che la destra, rinunziando il militare scettro, fù dal Duca, che si era grauemente malato, con straordinaria prouisione, e honoreuolezza dichiarato Senatòr, e Consigliero primario, e poco dopo lasciato Tutor, e Gouernatore del figliuolo Filippo, ilquale da Ruggiero apprese tal disciplina, che riuscì Principe in guerra, ed in pace famosissimo, dimostrando alla posterità, che tali saranno i Principi, quali furono i loro Gouernatori.



CABALISTICA

Adlocutio ad Posteritatem.

P. . .

POëtę præcellens præconium para
Posteritas;
Præclara poëmata pangit perpetuitati,
Profectò
Plaudente Phæbo, plaudente Parnaso:
Par
Priscis proceres præteritos percelebrat;
Patriam
Pulcherrimam perornat, perennitati prospiciens
Præsudat.
Prosperum principum, procerum patrocinium
Præterit;
Perdiligens peracutè perquirit peracta;
Perelegans
Præstantibus præceptis præscribit peragenda.


IS indole, ingenio insignis
Inclaruit:
Immortali indutus integumento iugis
Immorabitur:
Indignos irridet imperantes iniquis
Infensus.
Illustres imitatur immaturus, immobilis
Incerta
Inspicit; iuga iscendit inaccessa,
Irrigua.

E L O G I A

Rodulphus pr. Austriacus Cæsar.

SIngulari virtute Imperium Austriacis peperit
Cæsar
Strauit Othocarũ Regẽ, venerabundũ cõspexit:
Libertatem haud vendidit Reipublicæ;
Errore Scriptores tribuunt auaritiæ dedecus
Augusto.
Aduersum rumorem superet Veritas.

Legatur Vincentius Borghinus in Disp. cui titulus Se Firenze ricomprò la libertà da Ridolfo Imperatore, *qui de medio tollit, ac delet hunc errorem huius causas referens optimis ipse rationibus armatus.*



Fridericus III. Imperator.

OMNES re pacis diues
Italiam inuisit insignis
Extensa vita, togata virtute, Maximiliano Filio;
Romæ, Italiæ amabilis,
Reipublicæ Christianæ salutaris
Tumultus sustulit, Religionem extulit:
Rediuiuo refulgeat Encomio.

PHOENIX AVSTRIACVS,

siuè

Fridericus Tertius Rom. Imp. Aug. spirans in Nepotibus, superstes in Fama.

ODE

Francisci Mariæ Gaddij Florentini, è Soc. Iesu.

QValis extremos Arabum calentum
Peruolat fines auis, & seueri
Nescius fati duodena Phœnix
Secla salutat.
Tum renascendi studio, nouoque
Imminens æuo, nemus ad Sabæum
Excitat moles, vbi concidentes
Obruat annos.
Mollis ad Solem pyra liberalem,

Ebi-

Ebibit flammas, quibus obsoletas
Obijcit pennas, seniumque morte
Condit odora.
Ales hinc puro recreatus igne
Splendidam vitam trahit, auiosque
Concipit cursus, sine labe cunas
Nactus ad vrnam.
Talis Arctoi Fridericus orbis
Sidus augustum, generisque magni
Inscium vinci decus irruentes
Increpat annos:
Ille seclorum rabiem, grauemque
Temporis dentem domat efferati,
Arduas quamuis facili labore
Fregerit Vrbes.
Nec metu frustra caret Austriorum
Cæsarum fœlix pater, & perennes
Victor Astrea duce pollicetur
Integer annos.
Nempè dum terras bonus ad Latinas
Exulem pacis reuocat quadrigam,
Et serenatas iubet excitari
Pulchrius Vrbes.
Regijs aut dum monitis in omne
Instruit natum decus, Austrijsque
Regna Belgarum thalami fecundo
Fœdere nectit.
Dum memor Cæli, superumque cultor

Templa gemmatis opulentat aris
Certus obiecto iugulo tueri,
Militat astris.


Gloriæ quantam parat aggeratis
Laureis molem, meliore quondam
Sole lustrandam, facilemque vitæ
Dona tueri.

Inter hos ingens radios Dynastæ
Fama Germani viget, Austrijsque
Viuet extento Federicus olim
Firmior æuo.

Quin & Augustis viget in Nepotum
Moribus, dum se patrias in artes
Quisque deformat senioris altum
Cæsaris instar.

Pacis ò custos, latijque quondam
Arbiter Sceptri superis ab oris
Verte fœlices oculos roganti
Mitior Orbi.

Arma cognatæ fugiant Phalanges
Fulgurent enses alios in vsus;
Iura queis ponit Deus vnus, vno
Viuite voto.



Magnus

Magnus Ioannes Med. Florent. Ductor.

MArtis alumnus, Cohortium Nigrarum
Author
Spiritu, virtute, exiſtimatione excellens,
Militaris diſciplinæ reparator;
Libertatis vrbanæ ſtudioſus;
Gallos, Iberos, Theutonas, Rhœtos
Vicit.
Niſi fata iniquiſſima obſtitiſſent,
Seruientem Italiam vindicaſſet:
Decreta noſtris oſtendit numen,
Eam occubituram ſignificans
Tutatoris nece conſtantiſſimi.

THOMÆ ANTONELLI.

SAlue, ò beatæ germen Hetruriæ,
Floræque ocellus, quem Berecynthiæ
Fæcunda ritu procreauit
Mediceum generoſa Virtus.
Tu Martis hæres in clypeis puer
Captaſſe quondam diceris otia,
Dúm claſſico Bellona nutrix
Næniolam caneret ferocem.

Per

Per te decoro puluere ſorduit
Armata pubes, & vigor Italus
Diù ſepultus bellicoſas
Magnæ animæ reparauit iras.
Tuis Cohortes auſpicijs Nigras
Quot præliorum fortiter aleam
Ieciſſe, quot lauros timendæ
Nouimus inſeruiſſe fronti?
Quid MAGNAE poſſes conſilio, & manu,
Senſere Galli, ſenſit Iberia:
Te vindicem, te fulminantem
Indomitæ coluere dextræ.
Doctuſque vinci Rhœtus, inhorruit
Quàm ſæpè nimbo lurida ferreo
Dies, cruentatiquè fluctus
Theutonicos rapuere truncos?
Ni fata nobis aſpera ſydere
Læuo obſtitiſſent, Auſoniæ iugum
Tu ſoſpes infregiſſe, priſcós
Tu poteras animare faſces.
Te vulnerato ſcilicet occidit
Spes æqua Regni: ſanguine de tuo
Nutrita libertas eodem
Occubuit cinefacta buſto.



Fer-

Ferdinandus II. Romanorum Rex.

SOſpitet Numen vindicem Religionis,
Rebellium domitorem, Regnorum datorem:
Nunc Fortuna illius
Magnanimitate victa victorem efficiat:
Omnes mirentur, victi ament;
Xanthij ſeruitutem non euitarent;
Seruire clementi regnare eſt;
Orbis dominum adorando nobilitetur.

Lege Syluam in laudem Ferdinandi in Corona Poetica.

Bernardinus Cardinalis Spatha.

Apollinis Sacerdos
Carminum, atque Hiſtoriarum notitia
Literarum amore, prudentia, ingenio
Excellit.
Romanæ roſæ addit nitore
Dignitatem:
Inuidiam ridet, noxam temporis
Vincet Beneficentia.
Diuini Senatoris archetypum ſeruet
Immortalitas.

N. N.

GRatiarum, amoris, lætitiæ matrem
Amabilissimam Erato nobilitet,
Lumen, astrum omni tempore radiabit,
Diuinæ lucis radius admirabilis:
Artifex tergemina optima
Conficit acu opus inuidiosum Arachni:
Apelli, Mineruæ, Apollini
Æmula saturabitur ambrosia.
Viuet annorum seriem innumerabilem.

EPIGRAMMA
De Ludouico XIII.

GLoria regnatori verè Christianissimo, Iusto,
Victori; veteres militari virtute adæquat
Clementia, liberalitate, sapientia diuinitatem
Redolet orbi adorandus, laudis æternitatem
Assequitur; viuet læta innutritus ambrosia:
Respice, Xenophon, exemplar Regis.



ORA-



ORATORIA

ADLOCVTIONES.

CARDINALIS RICHELIEV Ad Italiam.

VEnerare Italia victorem Regem, propugnatorem Iustitiæ, ac Religionis, Rupellæ impiorũ rebellium arcis expugnatorẽ, cuius nutu Christianus orbis libratur, cuius dexteram Exercitus, ac Regna inimica formidant. Ludouicus ingentibus exuuijs onusto triumphum adornasse debueras exprimendo tot Dynastas, ac Duces perdomitos, tot populos subactus, tot Prouincias, captiua flumina, & mare suis cum fluctibus, atque procellis catenatum. At nullus triumphus Ludouici virtuti, ac gloriæ par, qui hominũ in cordibus animorũ æquè, ac corporum victor meliore pompa triumphat inuidia triumphata, cui mortale fastigium supergresso non addit nomen, aut decus fama, sed imminuit, quem calamis, vel aureis Scriptores illustres in præconia prouecti non commendant immortalitati, cui semetipsa commendat immortali-

talitas adamantinum ſolium, eburque curule porrigens, aurigæ nimirùm auguſtiori. Stellæ verò in gloriam tanti Herois conſpirantes caracteribus lucis Ludouicum faſtis æthereis ſcribunt. Et ſanè non alio, quàm Dei libro celebrandus videtur hic Rex, quem Religio, Clementia, Beneficentia, Fortitudo priſcis Heroibus adęquat. Ludouicus ortus ſub Libræ ſigno, Iuſtitiæ ſymbolo ſignatam à Cælo ducem itineris regij columnam Ignis Iuſtitiam, Religionis matrem, an filiam? veneratus, & complexus huius cultor, ac vindex cognomentum Iuſti adeptus eſt. Religione Diuum Ludouicum, à quo longa ſerie Principum, vel Regum ſtemma repetit auguſtiſſimum; fortitudine patrem Henricum, cui rerum bello geſtarum magnitudo MAGNI peperit cognomen, expreſſit vera proles, imago perfectior. Impietatem primò debellandam edoctus ſeueriſſima lege vetuit ſingularis pugnæ vſum, barbarum inuentum Barbarorum, qua miſeri bellatores impiè ſe deuouent ementito honori, honoris laruæ, pietatis buſto, auſpice Tyranno tenebrarum. In rebelles Chriſto, & huius Vicario Pontifici ROM. Vgunotos diuinæ, regiæq; Maieſtatis vltorem enſem eduxit adoleſcens, ſummus Imperator, antequam miles, cuius Tyrocinium Imperium, cuius militia victoria continuata; cuius adoleſcentia prælijs, ſpolijs, Victorijs innutrita. Compluribus arcibus, Vrbibus, Regionibus ſubactis reſtituit priſtinæ maieſta-

iestati Regnum, quod cum Regi obtemperat, omnium Christianorum florentissimum est amicis venerabile, hostibus formidabile, quippè virtute militari, optimis Legibus, inexhaustis opibus, triplici aggere Imperij munitum. Nec minorem commendationem promeretur in Regno interiori tranquillando, cui mens expers affectionum, diuinitatis particeps moderatur facultatibus animi subiectis in obsequium pronis, & regimen suaue ferentibus. Hínc Ludouicus fortunæ blandientis aura non elatus victoriæ feruorem natura infrenem coercet moderatione, contentus vicisse inimicos seruasse gaudet; nec imperium extendere affectat, qui gloriam propagat apice humano excelsior, nàm Principatus comparare humanum, despicere diuinum est. Eodem momento iram, atque arma ponit largitor pacis ingenti beneficio Christianæ Reipublicæ atrocissimis bellorum fluctibus agitatæ. Regiam purpuram sordere, nisi aureos liberaliter effundat radios, arbitratur. Immortali præconio celebrandus est ob liberale Musarum patrocinium, cum is Caroli Magni, Francisci I. aliorumq; Galliæ Regum gloriam longè optimis pacis artibus partam consequatur, quorum peculiaris laus fuit literas alere beneficentiæ vberibus, Academias instituere, Palladis togatæ proceres, & Apollinis alumnos beneficijs, atq; honoribus amplissimis insignire.

Lege

Lege in Corollar. Poetico Odem Etruscis rhythmus concinnatam in laudem Ludouici, quæ vti hęc adlocutio Oratoria, composita fuit olim, vt exploratum est magnis viris.

Italiæ ad Comitem Rhambaldum Collaltinum, & Marchionem Spinulam.

ERgo ne vos Exercituum Imperatores inclyti, Vrbium clarissimarum proceres in lucem edidi, alui, educaui peramanter in sinu, vt in mea viscera ferrum conuerteretis? Vos gentilitijs titulis, diuitijs, trophæis, gloriæ monumentis, nobilitatis insignibus exornaui, vt hæc ornamenta à vobis amplificanda existimaretis in euertenda me? Nullus ne vos tangit amor Patrij soli omnibus iucundissimi mortalibus, quod populationibus, incendijs, alijsque belli cladibus miserandum in modum deuastatis? Poteritis ipsimet vestræ gentis delicias, naturæ, atque artis opera pulcherrima demolientes stante vultu spectare splendidarum ædium excidia, direptiones agrorum, ciuium cędes, stupra Virginum, cognati sanguinis natalem terram inundantis fluuios, oppugnationes Vrbium, ac Regionum fata lacrimis non oculorum magis, quàm cordis deploranda? Ecquid erit precij vestris dignum laboribus, meis par calamitatibus? Núm vobis amplissimas opes ex aliorum inopia, florentissimos Principatus è Principum illustrium excidio pollicemini?

At hæc præmia neque vobis exhausta tellus pariet, neque vestræ mentis amplitudo poscere videtur cum Italiæ ruina. Si verò appetentiores nominis àd posteros propagandi factorum magnitudine auitam famam adęquare contenditis, agite celsitatem animi martialis, inuictum pectoris robur, Militaris artis peritiam in hostibus Christianę Reipublicę debellandis patefacite. Adorimini Herculeo nixu Hydram illam Asię nouis vsque cornibus ambitionis, atque potentiæ fœtam: fatum Italiæ, Germanię, ac vniuersę pęnè Europę minitantem. Vindicate Gręciam disciplinarum omnium altricem; barbaricum iugum demite Constantinopoli sedi, ac Romę olim orientalis Cęsaris. Asserite in libertatem libertatis humanæ Assertoris vitale sepulcrum, patriumque solum diuinis impressum vestigijs, & cruore consperſum precio vestrę salutis inæstimabili. Præsentes erunt, socięque vestrę Respub. Veneta, & Ianuensis ædium magnificentia, & claritudine stématum insignes, Orientis quondam spolijs, ac triumphali deuictorum Regum honore onustę, marisque propè immensi arbitrę. Aderunt Etrurię M. Dux, & militaris Aristocratia Melitensis coniungendo paruas, sed inuictas, Barbarisque formidabiles classes. Aderit Summus Pontifex, qui fœdere inter Christianos Principes conciliato vires ad sacrum bellum consociabit, cum Ferdinando verè Augusto, & clementissimo Germanię Cęsare,

 ac prę-

ac præpotenti Hyſpaniarum regnatore. Nec deerunt Galliæ, ac Poloniæ Reges virtute, gloriaque rerum bello fœliciter geſtarum illuſtres. Agite igitur reſtituta mihi pace, quod ingentis beneficij loco accipiam, expedite pia arma, votiſque ritè conceptis bellum tàm ſalutare, quàm glorioſum ſuſcipite.

I, nobile par Ducum, quà te Cælum vocat auſpice Domino Exercituum.

I, precor, fauſtis auibus, decorum
 Ipſa certamen meditantur aſtra,
 Iam tibi bellans parit arma proni
  Regia Cęli:
Cerne telorum ſegetes cadentum
 Igneas, his funde acies, rebellis
 His datur cornu ſuperare Lunæ
  Auſpice Chriſto.

Ad Abaddon Theutonis Cæſarei.

O Qui Furias diſcordiarum, & bellorum, & vaſtationum ſeminatrices regis Princeps Exterminans, qui tot Reges, atque Reſpublic. legum ſanctitate, virtutum præſidio, Imperij amplitudine, ac rerum geſtarum gloria illuſtres creatis diſſenſionibus euertiſti; patieris vſque adeò propagare Imperium, atque concordia fœlicitèr frui regnatorem

torem Sueciæ tanto exercitus proprij, tanto fœderatorum, vel ipsa de Religione dissidentium consensu? Quid non facem iræ furialem iacularis, quæ ad intestina bella excitet Duces exercitus victoris, ac penè triumphantis?

Immitte serpentem discordiæ trilinguem, qui pestilentem euomat inter Duces æmulationem, dubię fidei, aut nimiæ potentiæ suspicionem inter fœderatos; dissidia inter milites diuersi moris, ac Religionis facilè nascentia.

Tu verò Apollonion, non Apollo salutaris Gustauum sagitta certiori Cupidineis pete, transfige. Egregiam verò laudem, & spolia ampla referes, si Aquilarum imperantum terrorem, ardens glacialis poli fulmen, Martis alumnum, Cæsarei exercitus victorem viceris, atque prostraueris. Cadat summus Barbarorum Dux, cadat infaustum caput prædonum tibi deuotum, & morti; victima Stygio imperatori destinata.

Senatoris Lacedæmonij.

MAgnum, & prudentem esse, quàm videri malo. Fraudi sępius est nimia existimatio, potentia, gratia, fama, quæ inuidiosę sunt æqualibus; maioribus, & minoribus æquè suspectæ in libera Ciuitate, exosæ verò; atque intolerabiles Tyranno, perniciosæ possessori, cui vel exilium, vel car-

cerem, aut exitium quandoque parant. Audiui, legi, vidi exempla varia ſummorum capitum è rerum faſtigio deiectorum, rationes non ignoro.

Non renuo mediocrem, ſummam euito vitæ fatalem auctoritatem, auream in cunctis mediocritatem volo; inuidioſum, fœtumque periculis omne culmen eſt, quod mille caſus, & ruina manet; quò ſublimior ædes, eò propior fulmini; ſolo æquantur ſæpiús turres Cælo minantes regnatorum, quàm ruſticorum mapalia.

Thorambis ad Trambotum Regem, qui Nuptiale conuiuio Orontæum leuirum cultro transfigere tentabat.

PEr egò te, Rex, Cruci affixi Seruatoris necem prò nobis toleratam, per inuiolabiles Dei, naturæque leges, per fraternam charitatē, per matris, ſponſæque tuæ vincula iucundiſſima precor, atque obteſtor, vt iram cum cultro deponas, quæ te præcipitem rapit, te cohibeas, te regas, qui hactenús inuictum huiuſmodi perturbationibus præbuiſti. Ne abijcias moderationem, ac ęquitatem, quarum non pauca monumenta poſteritati conſecraſti. Audi verbum diuinum; audi preces fratris, molleſce matris, & ſponſæ, quæ pro fratre ſupplex, & genuflexa te deprecatur, vberrimo fletu, Poteris ne tot inuitis, quorum vitam imminues, ſi

Oron-

Orontęo abstuleris, in vitam leuiri grassari? Leuiri sanguine fædabis te, purpuramq; tuam o Rex, o frater, & vbi, & quando? Nuptiali mensa, die, qua Rex Regum natus est, vt parceret omnibus, viueret, ac moreretur omnibus? Pluris igitur facies leuissimum verbum áb affine, capite carissimo, imprudenter prolatum, quàm Numinis maiestatem, ac decreta Religionis, naturæ iura, nuptialis sacri lætitiam, genitricis, & coniugis charitatem? cognatum ne sanguinem sitis? bibe meas, bibe sponsæ, matrisque lacrymas, scilicet sanguinem, quem in album timor æquissimus conuertit.

Ad Palladem.

Aspice, o Pallas Martem, atque Mercurium fraterno fœdere violato de Henrico Foxio Duce Candallo digladiantes.

Ille belli dominus fortitudinis largitor, viuidi semper ardoris fons armipotentis dexteræ, ac fulminei spiritus vim in Henrico admiratus hunc alumnum esse suum contendit, cui tam bellax, & inuictum cor, nempè suum donauit, dimidiatum, an integrum?

Mercurius autem humaniorum artium pater, oris, cogitatricis facultatis, & memoriæ rector, linguarum peritiam, eloquentiæ, ac eruditionis politissimæ decus sua dona agnoscens, Henricum Mercurialium virorum patronum, sibique in paucis dilectum caput eripi nulla ratione patitur.

Tu virgo gemina, vnius mentis fœtus, disciplinarum omnium, ac sapientiæ præses, togata, & sagata hastam vibrans ex nomine, quæ mones consilio, quæ minaris armis, iudex litem dirime, fratresque dissidentes compone.

Vterque te iudice voto potietur, vtriusq; pariter numinis est Henricus, qui Herculis Musagetæ, scilicet Herois perfecti exemplum æmulatus aduersis ductoribus, quam adimet ense vitam, calamo restituet, inuidendo sanè fœnore pro mortale immortalem: Discant æquales, ac posteri. Hæc absoluta numeris omnibus laus inclyti Herois est ingenio pariter, ac manu palmam obtinere.

Florentini Imperatoris ad Milites in magnam Societatem.

AD arma, Milites, ad arma: En tempus optatum votis omnibus, quo vestra fides, virtus mea, Reip. fœlicitas, & æquitas fœderatorum pateat vniuersis. En tempus, quo nostrorũ hostium ne, an prædonum? audaciam, ac temeritatem irridendam æquè, ac vituperandam cohibeamus, vires eneruemus, vitam, nomen ipsum deleamus. Sunt enim ij non virtute vlla ciuili, aut militari, sed vitijs præstantes, amentia, & furore magis, quàm ferro armati; venalis, siuè (quod verius est) nullius fidei, quàm enim habent, qui toties diuina, & hu-

mana iura violarunt fidei, atque humanitatis desertores, hominum, Diuorumq; hostes, inter quos nulla vera coniunctio, amicitia nulla existere potest; quandoquidem hæc à virtute manat, non à scelere. At fortè Ducem perfectum habebunt, qui absoluta virtute omnia curet, atque constituat, scilicet qui genere vilis, longè vilior animo, vitiorum ferè omnium sordibus contaminatus, ignarus artis militaris, cnius elementa sunt Religio, ac Fides, harum rudis, nullo præclaro facinore notus, nihil egisse perhibetur, nisi pecora, & boues amicorum abegisse; frumenta, & supellectilem agrestium diripuisse cum pueris, & puellis, perfidè captis, atq; constupratis, Hæc illius spolia, hęc trophęa, quæ retulit ipse mancipium libidinis, & auaritiæ; transfuga, & proditor Senensis Reipub. cuius auspicijs arma tractans quoties conseruit cum hoste manus, toties ingenti cum clade suorum, suaque cum infamia conseruit. Quid igitur tentabit nunc infamis iste Dux, suane fœliciora erunt auspicia, qui acceptis pecunijs à Populo Senensi, vt agrum, & oppida tueretur, violata fide, occupato per dolum .... oppidulo sceleris ingentis exiguo precio agrum hostiliter depopulatus est hâc manu latronum comparata, horum dignus ductor, quia pessimus. Ergo dum furore duce rapitnr ad prælium, scilicet ad necem, sic diuina Iustitia scelerum vltrice permittente, an iubente? inite pręlium commilitones mei, so-

ſtius; nihil ſtylo politius, ornatius nihil. Quid multa? laus hæc vnica tuis ſit carminibus, quicquid, aut addideris, aut mutaueris, non vitioſius, & deterius erit; at minùs perfectum, minús excellens.

Ad Academiam Ignotorum.

QVod me abſentem, nullaq; meritorum luce conſpectum tot Phœbi alumnis vltrò, ac ſponte inſerueris, quas referam tibi, quas agam gratias? Dignas perſoluere non opis eſt meę, tuę potiús, ò Gratiarum curia, curulis ſedes Apollinis, imò thalamus, quo Muſis nectitur Hymenęo virginali.

Sapientiæ Templum; hominis verè ciuilis effectrix, flumen Scientiarum gemmis, an ſtellis? pellucidum, Erydano cæleſti par.

Arbor Mineruę ſacra, non Proſerpinæ, aurea ramorum prole frondeſcens: Siquidem feres alteros Barbaros, Bembos, Contarenos, Donatos, Gabriellos, Iuſtinianos, Maurocenos, Nauagerios, Parutas, Venieros. Video enim vos, Academici animam corpore fœcundiorem nactos, immortalitatis amore auſpice, concipere ingenio incorporeos, ideòq; immortales liberos dignitatis, & elegantiæ plenos, qui vobis parient immortalitatem. Gratulor igitur tibi, Academia, quam gloria præpete curru extollens, honore comitante, plaudente Fama, ęternitatis in ſinu collocabit.

Gratu-

Gratulor tibi Academiæ author Io. Franc. Lauredane, qui genus coronis, trabeis, vexillis imperatorijs, & bellica fœlicitate clarissimum literaturæ politioris nitore adornas. Gratulor tibi Phænix Rerum public. quæ in græmio nascentem, & adolescentem excipiens Academiam gemello alis vbere libertatis, & gloriæ.

E L O G I A.

Zoroastris.

ILlustretur hoc Elogio Rex Bactrianorum Zoroastres ád Regum despicientiam, qui diuinum humanæ mentis decus diuinam contemnunt Philosophiam. Ratus ille regalem purpuram sordere, nisi augustiori scientiæ iubare illustretur, Astrologiam complexus, & sapientiam nectare contemplationis, ac vitæ aquis animi ætherei alas irrigauit. Hinc flore mentis intelligibile maximum, idemque minimum attingens Theologiam, atque Μαγείαν quàm deinde Plato, alijq; sapientes è Persia nutrice hauserunt, inuenisse perhibetur, ac de tàm imperiosa facultate innumeros pæne versus perscripsisse, qui áb Hermippo commentarijs illustrati fuerunt. Incertum verò est, idem ne sit, an alter Zoroastres carminum scriptor, & Magices inuentor. Vtcumque sit, præsagium scientiæ singularis in Zoroastre infan-

infante præfulſit. Siquidem omnium mortalium (ni vanus author Plinius) eodem, quo natus eſt, die riſiſſe fertur, cerebrumque ei adeò palpitaſſe, vt impoſita repelleret. Contemplatricem fælicitatem ciuilis haud eſt comitata; ſcilicet Aſſyriorum Rex Ninus potentia, & (quæ huius filia, & mater eſt) ambitione illuſtris poſt multa prælia vario euentu commiſſa debellaſſe traditur, ac extinxiſſe Zoroaſtrem arcanæ Philoſophiæ primum oculum, qui rediuiua ſemper luce conſpicuus ante ora eruditorum radiabit.

Bartholomæi Tortolletti.

NI malè Fama ſonat, tu fulminis occidis ictu,
Criminis indicium ſunt Iouis arma tui.
Nam doluit rex te arcanas res noſſe futuras,
Iuraque mortalem præterijſſe ſua.
Sic & percuſſit trifido Salmonea telo,
Atque Promethææ punijt auſa manus.
Quidquid id eſt, ſine laude fuit non æmulus ardor,
Scire Zoroaſtres eſt ſcelus egregium.

Claudiani.

CLaudianum occiduæ Poëſeos, ſcilicèt Apollinaris orbis Athlantem ſummis laudibus non proſequemur? Ille dum vixit, Poëſis Latina vixit


vixit, quo pereunte perijt, eodem funere, quo Claudianus, elata, eodem rogo combusta: nænia simúl vtrumque celebrarem, nisi fœlicissimè renascens posceret vitale præconium. Diuina profectò facultas, huiusque seruator diuinas laudes promereri videntur, quandoquidem non minùs laudabile seruare, quam inuenire sit, atque bonarum artium inuentores diuinitate donatos instar Deorum extulererit antiquitas. Illustres verò ciues maiorem afferunt, quam hauriant à patria claritudinem. Hanc sapientum sententiam comprobauit Florentia, Ægyptus, Hyspania, quæ Claudianum ciuem sibi vindicant concertatione huic sanè gloriosa, qui Homero fortunatior, & angustior, non áb vnius regionis Vrbibus, verùm à pluribus, amplissimisque Prouincijs expetitus, & cultus, velut domesticum numen, excitat innocens, & optabile dissidium. Nec immeritò prorsus, qui maiestate sententiarũ, verborum magnificentia, numerorum celsitate planè gigantæa excellit, superet etiam gentium studio, & adclamatione populorum.

Raynerius Recasolus.

QVis autem æquus nobilitatis æstimator Recasulos Barones familiam Florentiæ nobilissimam inter illustres Italiæ non enumerabit, cum septingentos ferè annos possederit il-

la do-

la dominatus liberos, fertilis innumerabilium penè Dynaſtarum, Equitum, Legatorum, Ducum? Vnus profectò Rhaynerius Vgonis Cardinalis frater vniuerſum genus illuſtraret, qui tenebroſas inter vetuſtatis nubes aſtri Martialis inſtar præfulſit heroica virtute, atque imperio militari. A Magno Federico Aenobarbo cum priſcis Cæſaribus conferendo imperator exercituum conſtitutus ea fortitudinis, ac fidei argumenta exhibuit in Etruria, in Campania, in expeditione Romana, vt à grata ſummi Principis liberalitate omnia Romani Imperij iura in caſtris Campi, ac Turniani obtinuerit. Iiſdem meritorum ſuffragijs conſequutus eſt àb Henrico VI. Federici filio pedagium, vt vocant, de Ricaſole, & iura Imperialia in hoc, alijſque ipſiuſmet Rhaynerij caſtris, videlicèt Moriani, S. Martini de Stella, Campi, & Monteluci pariter, & Caſayæ (ità in priuilegio) excipias fodrum, quod tributi genus ſupremo domino perſoluebatur. Imago igitur Rhaynerij ornata inſignibus imperatorijs excitet nepotes auita luce conſpectos ad honoris, & gloriæ faſtigium ſagatæ, vel togatæ Palladis auſpicio comparandum.



ODE

ODE

Restauri Antenorei.

VIdit Mars Rhaynerium
Inter præteriti nubila temporis
Ignotum, & grauiter dolens
Tantum heroa suum nocte sub inuida
Vrgeri illacrymabilem;
Hæc inter lituos fudit; & æneas
Turmas, iure Ricasulum,
Inuictumque animum cedere nescium
Huius magnanimi ducis
Certet posteritas tollere laudibus;
Strauit quandoquidem hostium
Aduersas acies armiger impetu
Barono, velut Africus
Vndas oppositas, testis Etruria,
Et Campania, Romaque
Testis, quæ iuuenem sæpius inclytum
Viderunt memorabilem
Mercari proprio sanguine gloriam
Ad mortis trutinam, ambiens
Forsan, purpureis plenus honoribus,
Vt germanus amabilis
Vgo, se varijs, atque perennibus

Sub-

Subſcribi ſtatuis; manu
Si quando impauida ſtrenuus obijcit
Veros Auſoniæ metus,
Dum ſub Cæſareis Regibus imperat.
Nimirum, licèt occidit
Sub terræ tumulum dux Rhaynerius;
Virtutum radios tamen
Obſcurare nequit terra, velut nequit,
Cum Sol occidit igneus;
Obſcuraſſe faces illius aureas;
Quin fulgentia ſydera
Effundant radios innumerabiles.

Caſtruccij.

PRincipes, vel paruos, magnos eſſe, ſi bellica virtute præſtent nobilis militiæ parentes, ac magiſtri, oſtendit Caſtruccius Lucenſis Regulus, qui Florentinæ Reipublicæ militaribus copijs, Ciuiumque diuitijs, magnanimitate, ingenio àd præcipuas artes, atque ſcientias illuſtrandas facto præſtantiſſimæ maiores intulit clades, quàm nonnulli Cæſares, Reges, alijq; Principes imperij amplitudine, ac opum affluentia magnis Regibus pares. Caſtruccius Caſtracanes ex Antelminella familia Lucæ inſigni ortus, exul, mercatoris inſtitor, miles, dux optimus, in remotis regionibus clariſſimus euaſit conſentientis famæ linguis tunc, deinde ſcripto-

rum

rum calamis celebratus. Italiam repetens Vguccionis Fagiolani Pisarum, Lucæque domini auspicijs florentem Roberti Regis Neapolitani, Florentinorum, atq; sociorum exercitum ad Montem Catinum Anno 1315. vel grauitèr sauciatus memorabili prælio vicit, in quo suprà tot nobilissimorum Ciuium, ac dynastarum cædes Imperator ipse Petrus cognomento Tempesta frater Roberti, duoq; Nepotes regij cecidére. Hinc Castruccius virtute, authoritate, gratia populari Lucenses intèr excellens, ideòq; formidabilis Tyranno capite damnatus, securi propè ictus, è compedibus, è ferro, èx Orci faucibus ereptus à Lucensibus iugum pergraue Vguccionis exemplo Pisanorũ excutientibus àd fasces, ád Imperium euehitur admirando fortunæ suo more iocantis ludibrio Princeps Patriæ constitutus. Dominatum Pistoriensi Vrbe in potestatem redacta propagàuit ità fortunam sibi concilians, vt consultissimus Princeps, atque peritissimus dux Italorum censeretur. Fœdus icit cum Galeacio Vicecomite Mediolani, Scaligero Veronæ, Passarino Mantuę, Guidone Tarlato Aretij Principibus, Cæsareæque factionis propugnatoribus. Contrà verò Florentina Respublica coniunctis Romano cum Pontifice, Robertoq, Rege viribus grauissima bella in Insubribus, in Liguria, in Bononiensi, in Togata Gallia gerebat. Fortuna Castruccianæ virtuti raro

exem-

exemplo fida comes, diuturnæ, cruentæq; contentionis, qua laborabat Italia penè vniuersa in partes funestissimas diducta hunc exitum tulit, vt Guelphi ad Altopassum anno 1325. memorabili certamine superati Castruccium, atque Actium Vicecomitem victores ad Florentiæ portas vsq; infesta populatione percurrentes aspicerent. Victoriam singularem singulari honore decorandam ratus Castracanes Romanæ maiestatis ornamentum æmulatus triumphum egit nobilissimum more glorioso Romanorum repetito. Ad triumphale spectaculum ingentis, & insolitæ pompæ fama excitati, ac liberalitèr inuitati, Lucam splendidissimi quique ex Italia confluxere. Cernabantur vexilla Guelpharum partium, Reipublicæ Florentinæ, ac Roberti Regis ad ignominiam inuersa; Nec desiderabatur Carrocium Florentinum superstante Campani æris tintinabulo maximè sonoro, sed cui dedecore notato, vt mutum esset, ferream linguam detraxerant victores. Longum fuisset, ne dum gregarios milites, ductores ordinum, Præfectosque Equitum captiuos recensere; sed ante alios Florentinorum Legati, ducesque suprà ceteros maximè conspicui Gulielmus Narseius Gallorum, Vrlimbaca Sueuus Germanorum, & cum adolescente filio Raymundus Cardona Imperator captiuam Hispanorum procerum turmam calamitatis consortem trahens triumphale Castruccij decus illustrabat. Hîc, cum Guelphi nihil, vel à tanta cla-

de demissis animis, vel attritis opibus bellum acrius instaurarent, Ludouicum Bauarum Cæsarem designatum in Italiam accersit, vt huius nomine, ac potentia Ghibellina pars communita hosti obsistat. Hunc Pisas obsidentem copijs, pecunia, commeatibus ità confirmauit, vt diuersis castris citrà Auserim amnem positis, Pisani multis exuti oppidis Ludouico portas pandentes numerosæ pecuniæ pænam subirent. Hinc Castruccius singulare præmium tulit à Cæsare renuntiatus Lucensium, ac Lunensium dux, qua dignitate nemo tunc Italici sanguinis Princeps enitebat. Eodem etiam fauente, nec abnuente populo Pisanæ Ciuitatis Princeps salutatur dissentientes in Rep. ciues varijs occultę largitionis aggresfus artificijs.

Cęsari Romam petenti àd Imperatorium diadema suscipiendum comes fuit, Sagittariorum, cohortibus, delectoque equitatu septus: Ghibellinis proceribus Romæ adnitentibus coronatur Ludouicus, & Petrus Corbarius Pseudopontifex creatur ad conuellendam Ioannis legitimi Pontificis auctoritatem. Interea Castruccius congestis honoribus insignis, & cuncta propè apud Cæsarem præstanti ingenio administrans reuertitur ad obsidendum Pistorium, quod Guelfis dedentibus se se in potestatem Florentinorum deuenerat, imperata Pisanis pecunia, & copijs, & auxilijs vndique accitis Inusitata eo sæculo belli ratione duplici valló, duplicique

fossa

fossa Vrbem à Florentinis diligentèr communitam, circumuallat, vt omnem, vel erumpendi, vel importandi commeatus necessarij spem hosti praecideret erectis in vtraq; munitione ligneis turribus vario machinarum militarium genere instructis, agrique suburbani arboribus succisis, vt inaccessa Florẽtinis àd opem ferendam aduentantibus munimenta objicerentur. Siquidem hi cum fœderatis Guelphis exercitum coegerant, in quo ad tria galeatorum equitum, triginta millia peditum censebantur duce omnium Philippo Sanguinetto Gallo, cuius opera Pistorium noctù captum fuerat. Philippus in conspectum se dedit, nec tamen aggeres subijt horum artificium singulare, nouamque tunc disciplinam admiratus, nequicquam Castruccium ad certamen excitantibus tubis compellans: hinc mutato consilio, castrisque motis in Pisanum, & Lucensem agrum populabundus irruit, vt hostis domesticis cladibus permotus obsidionem soluere, aut praelio decertare viribus impar cogeretur. At Castruccius tot detrimenta, vel suis luctuosa despiciens obsidionem constantissimè continuauit Galeacio Vicecomite peritissimo duce, ac ingentium praeliorum victore interiora munimenta defendente. Mox igitur Symon della Tosa Florentinus Eques praesidio, Vrbique Praefectus desperatis auxilijs, vbi erat ad extremam commeatus inopiam redactus deditionem fecit conditionibus sibi non indecoris, at non sine dedecore tàm validi exer-

citus, & singulari gloria Castruccij, qui eo bello priscos Romanos æmulatus nobile præconium tulit cum ijs militari peritia, inuictique animi magnitudine conferendus. Hoc inusitatæ virtutis opus supremum Castruccio fuit, qui cum lætitia incredibili affectus ad triumphum Lucam reuerteretur, victor pestilenti morbo victus est. Demortui gloriam filius, atq; hæres Henricus magis conspicuum reddidit iniqua comparatione, cum principatum virtute, artibusque paternis tueri nequaquam valuerit tantæ moli, tantoque patri longè impar. Siquidem hic naturæ matris benignissimæ donis egregiæ formę, adamantino corpori, expeditoque præsentis ingenij vigori certum immensæ prudentię robur addiderat. Nec desiderabantur in illo pręcipua ornamenta, pręsidiaque regnantum liberalitas, eloquentia, magnificentia operum, multaque Religionis simulatio. Ego verò tantæ virtutis bellicæ, vel in hostę patrię meę (hac mihi semper antiquior veritas) atrocissimo radiantis admirator, & laudator æquissimus Castruccio tanquam artis militaris restitutori hoc, qualecumque id sit, glorię posui monumentum.

Lelij Guidiccioni.

QVid de te amplius Castrucci prædicem Ciuis tuus, quàm tuus de te hostis prædicat? Tibi Florentia gignit florentissimos laudatores. Ille campus calamos olim ferreos feriendo tibi, aureos efferendo nunc germinat. Viden, vt sublimè volans Gaddij calamus te in Cælum euehit? An virtutis est ius, amari & ab inimicis? An nemò est inimicus virtuti? An quicunque te laudat, se honestat, nullo causæ discrimine? Quicquid est è vetere gloria nouam ego lucem gratulor Lucæ meæ. Gratulor nobilissimę Vrbi Florentiæ, quæ suam auget ex hostili nobilitatem; quæ antiquas clades trahit in argumenta fulgoris; nouóque fulgens genere pietatis, tantam hosti Coronam defert, quantam ciuis nequit. Intereà eiusdem celebritate celebrior, sibi in aduersis fauens nullo non titulo demeretur obstrictum, quem numeris absoluit omnibus bellatorem. Et præstantissimo præstans, te fortem exhibet, se magnanimam, dubia muneris gloria, an fœnoris auiditate, heroicam mutuata palmam, hoc est omnium maximam, à liberalitate minoris. Tu illi Martis vincla intendebas viuens, illa te Palladis beneficio deuincit mortuum. Sub tali cultrice, mutuato ingenio, laurus tua reuirescit in Oleam. Amat te, magnum est. Maius, timuisse fatetur. Ma-

ximum, iure amat, iure timuit. Sit timoris odium, sit hostium, at nefas talem hostem odisse Maximæ hostilitati, virtutis gratia minimum inest odij. Nobilissimus ille hostis est, qui æquè infert timoris, aufert odij necessitatem. Hæc qui nesciat, auidum te videat eius fundendi sanguinis ad illam obscurandam, quæ prodiga est, ad illustrandum te, atramenti sui. Viuis Italæ militiæ splendor; tua lux, horum meritò, quos interficere ardebas, extingui iàm, & interire non potest. Viuit Etruriæ sanctitas religiosa, eò mitior, vel in hoste, quò is acrior.

Francisci de Barberino.

QVò nam te nomine compellem pluribus nominibus attollende, ò Francisce, renascentis olìm literaturæ altor, Musarum, & Apollinis delitiæ; humani, diuinique Iuris antistes, quem Etrusci conditor eloquij appellat hominem integerrimæ Fidei, spectabili vita laudabilem, reuerentia dignum, & inter quoscunque viros egregios numerandum? Erudita ingenij tui monumenta doctiorum præconia meruere nostræ nil indiga laudis, quæ viuent in auribus exterorum, vel frustrà ciuium ad salubre temperamentum elaborata. Tibi profectò votum erat honestissimum ciues moribus verè ciuilibus, & disciplina liberis viris digna excolendi. At impotens nouorum ciuium rusticanæ ori-

ginis elatio recentibus genita diuitijs documenta optima, teq; ipsum, vt longè dissimilem suis moribus contempsit impudentèr aduersa, & vnico auro inhians, quo congesto nobilitatem comparari falsò iudicabat. Scilicèt, quę tantùm aurea, plumbea, vel nulla potiùs nobilitas est.

Francisci, qui octogenario maior vitam perorauit in exordio maximæ, celeberrimæq; pestis Anno 1348. & in S. Crucis tumulatus est iuxtà Sacellum Castellanæ gentis olìm florentis, nomen àb Elysijs reuocauit gentilis Franciscus Præsul à Scriptoribus egregijs concelebratus, cuius institutis, & oculata prudentia venturi quodammodo pręscia formatus est, atque politus Christianæ Reipublicæ Dictator, Latinus Pindarus; arbiter vnicus Religionis, & sacrorum Imperator Vrbanus.

Nota 1. *Hominem integerrima, &c. vsque ad erudita exclusiuè, hæc, aliaq; verba de Francisco Boccac. in Geneal. lib. 15. latina m. s. Bibl. Gad. à quo non nihil discrepare videtur Etrusca versio edita. Legendi prætereà M. Equicola lib. 1. de natura Amoris. Phil. Villanus in vita Francisci, Catal. Script. Flor. Iulius Cincius in Oratione habita, editaq: Romæ; Hier. Petruccius in Oratione, habita Florentiæ.*

Pauli Sabelli.

VNdè auſpicabor Elogium Pauli Sabelli Romani Herois cum priſcis exercituum ducibus conferendi? Referamne gentis vetuſtiſſimæ originem, & amplitudinem inclytam?

Nùm explicatis eloquentiæ pennis attollam Pontifices, Cardinales complures, cęteroſque gentiles dominij, dignitatibus, titulis, affinitatibus, virtute, ac peculiari priuilegio conſpectos? Verum enimuerò qui genus iactat, aliena iactat, auita luce non indiget Paulus, qui ſuis luminibus alios illuſtraret. Hic militarem diſciplinam Romano corde amplexus ea fortitudinis monumenta poſuit, vt à Carolo III. Siciliæ Rege dux fuerit conſtitutus.

Ioan. Galeatij Vicecomitis Ducis præpotentis in Etruria imperator nomen latè propagauit. Demum à Venetis imperium exercitus, in quo triginta bellatorum millia numerabantur, accipiens ſpei à prudentiſs. Senatu conceptæ prorsùs reſpondiſſet, niſi fato maximè importuno, moleſtiſſimoq; fuiſſet ereptus. Singularem fidem, virtutem, ac merita in Rempub. Venetam tanti Herois teſtantur hiſtoriæ; magnificentiſſimum funus, quo corpus eius Venetias delatum ad Minorum ædem comitante Principe, ac Senatu eſt tumulatum; & Statua Equeſtris antè ſacrarium erecta, quam Epitaphium prænobile breuis inſtar Panegyris exornat.

HIc iacet armipotens Paulus de ſtirpe Sabellus
Incolumi quo Roma parens gauderet alumno.
Hæc ſibi ad extremum ſtatuebat ſemina priſcæ
Reddita virtutis, non hic Scipionibus impar,
Non Fabijs virtute fuit, belloq; domique,
Magnus erat vi, Marte ferox, prudenſque togatis
Conſilijs, hic Apuliæ victricia campis
Agmina direxit Caroli ſub nomine Regis.
Et cum Dux Ligurum Galeaz iuſtiſſimus heros
Creſcit in Italia multa cum laude ſub illo,
Hic tulit arma, acies ſtrauit, terraſque ſubegit,
Poſtquam cum Veneti virtus animoſa Senatus
Carrigeram delere domum cupit, obſidet Vrbem
Euganeam belli, ductor caſtriſque locatis
Ad Baſſanellum, cum iam propè victor haberet,
In manibus Patauum, melioris adaucta triumphi
Gaudia, peſte ſuum eſt corpus rapiente vocatus
Phœbus adorato Chriſti dúm voluit àb ortu
Luſtra ducenta vnum, & centũ quater aureus annis
Tertiaq; Octobris lux infauſtiſſima fulget.

Nannis Strozza.

STrozza gens intèr Illuſtres Italiæ referenda, licèt non pauca ſæcula floruerit diuitijs, dignitatibus, affinitatibus, atque proceribus clariſſimis; tamèn

tamen excellens caput extullit annum circitèr quadringentesimum suprà millesimum, qua ætate o sten tabat ad Patriæ florentis ornamentum Magdalenam coniugem Luchini è Vicecomitibus Mediolani Principibus, Pazzinum Romæ Senatorem, Thomam, Marcellum Spoleti, & Interamnæ Gubernatorem, Pallantes, aliosque Equites, ac Senatores eximios prudentia, primarijs Magistratibus, & Præfecturis ciuilibus, atq; militaribus, Legationibus demùm honestissimis, & compluribus, itaut Senatus Venetus eodem tempore tres audierit Oratores Strozzas, Pallantem Florent. Reip. Nannem Marchionis Ferrariensis, & Mantuani Robertum. Ego verò vnicum celebrabo Nannem, eo quod ciuili virtuti addiderit militarem gloriam maximè peculiarem huic bellaci, æquè, ac eruditæ familiæ. Is Carolum magnæ famæ, sapientiæ, authoritatis Senatorem parentem, fratrem verò Petrum, qui Præfectus Florentini exercitus in Vicecomites cum ducentis equitibus vi occupauit portam Mediolani, & equos currere iussit ad brauium muris Mediolanensibus appositum rediuiua cum gloria Reipub. sortitus meritorum suffragio Nicolai Estensis Ferrariæ, aliarumque Vrbium Dynastæ gratiam obtinuit. Ipso ætatis Vere Autumnales adultæ virtutis fructus edidit, quippè annos agens duo de viginti cæsis ad fossam marinam hostibus Argentam obsidione liberauit. In expugnatione Veronæ murum primus ascendit, ibique

forti-

fortitudinis ergò Equeſtri dignitate ornatus eſt, corona murali ſanè dignus, quam Romani cuiuſcunque præclari facinoris æſtimatores prudentiſſimi, ac liberaliſſimi donabant. Mutinam, Rhegium, & Parmam Nicolao ſubiectas annos complures egregiè gubernauit, multaque caſtra ductu ſuo, & armis expugnata Eſtenſi ſubegit exercitus imperator, ſine cuius conſilio nihil ponderis, quod ad bellum, vel ſtatum ſpectaret, Marchio decernebat.

Agrum Lunenſem continentibus incolarum populationibus infeſtum hoſpitibus pacauit, cuius oppida quædam cœpit, ac obtinuit à Principe; nec iniuria, æquum enim erat, illum in regione, quam pudendis à monſtris vindicauerat, imperare.

Florentino demum exercitui, & copijs Nicolai Marchionis præfuit àb hoc Reip. noſtræ in Galliã Ciſalpina tùnc Imperatore imperium accipiens militare, Parma relicta; ſingulari cum gloria fortiſſimè ſuſtinens impetum, ac virtutem exercitus Philippi Vicecomitis Reguli præpotentis. At nimio labore, ſanguinis effuſione, atque indomito æſtu defatigatus quinquagenario maior in amicorum manibus expirauit lætiſſimus, cum intellexiſſet victoriam eſſe noſtrorum; interrogauerat enim ſemianimis Epaminundam glorioſiſſimum ducem imitatus, an viciſſent noſtri, hoſteſque repulſi eſſent. Honorem, quo viuus frui non potuit, extinctus obtinuit Florentiæ, ac Ferrariæ duobus eadem die ſplendidiſſi-

dissimis funeribus, & publicè habitis orationibus illustratus. Vtriusque Ciuitatis gratitudinem æmulata est pietas T. Vespasiani Poëtæ Latini præsignis, qui versibus Elegię in laudem Florentiæ, ac Epitaphio prænobili parentem optimè de se, de familia, de Italia meritum immortalitati commendauit.

Adde Laurentium Strozzam, qui egregia facta, & virtutes Nanniis, vt aliorum gentilium Etrusco volumine celebrauit ipse celebrandus à posteris, qui debent illi propagatam generis amplitudinem, & vitam tot procerum, quorum æmulatione ducti pulcherrima sunt facinora moliti.

Nicolaij Adiunctij

QVacunqe armatas imittit Strozza Phalanges,
Fulmine ceu rapido latè aperitur iter.
Dextra triumphatrix totidem, quot prælia palmas
Hostibus excisis enumerare potest.
Vindicat obsessas Vrbes, frenatque rebelles,
Cogit & imposito subdere colla iugo.
Sed validas acies Insubris & arma Philippi
Cum nimis impauidè sternere gestit ouans;
Vulneribus cecidit manibusq; exceptus amicis
Militis ille vicem, non sua fata dolet.
At cessisse suis hostes victricibus armis
Cum nouit, lætus, nunc moriamur, ait,

Móx

Mox ingens anima erumpens per vulnus apertum
Ad Cælum Martis sanguine signat iter.

Pij Secundi Pontif.

SEnenses intèr gentes maximè floruit (si gemi-nam familiam priscæ insertam complectamur vnius gentis nomine, vti tergeminum Geryona nobilitatis) Picolhominea regali affinitate; imperio militari; Ducatu Amalphitano, alijsque dominatibus; Pontificijs coronis, purpuris, infulisque sacratis: bellica demùm, & literaria gloria, ita vt cum illustribus Italię celebranda sit. Hanc in primis illustrauit Æneas Pius fama super ęthera notus, Pont. optimus, Poëta laureatus; animorum victor, & arbiter Orator, Historicus veritatis cultor egregius. Quis tot, adeòque varia fœlicis ingenij monumenta non extollet, non admirabitur? Orationes tot habuit, quot nemò æqualis, omnes ferè de grauissimis Christianę Reipublicæ negocijs, de gentium salute, ac tranquillitate Prouinciarum, de Principum concordia; de inferendo Turcis bello, de Religionis maiestate vindicanda. Epistolarum quatuor volumina, non inani, ac puerili verborum fuco illita, sed rerum pondere, ac imperantis eloquentiæ robore spectanda reliquit. Præter varia carmina complures libros, & dialogos elaborauit ex ærario Historiæ, viridario Poësis, Iurisprudentiæ decretis, Philosophię arcanis,

Theo-

Theologiæ myſterijs argumenta excerpens. Ad Alphonſum Neapolitanum Regem ſummè amatum, & cultum de rebus Boemicis; de Noricis ad Federicum Cæſarem commentarios perſcripſit. Adde Italicam ſui temporis hiſtoriam in duodecim libros diſſectam, quam nondum abſolutam cum morte finiuit, vetuitque publicari, niſi emendaret. Auſpicatus aliquandò de vniuerſi orbis rebus ętate ſuà vbique geſtis opus omiſit veritus, ne parum explorata colligerentur. Inſulas, Regna, Prouincias expreſſit accurata breuitate, mundum quoque vti Coſmographus eſt amplexus. Si calami opera ſpectes, Pium nihil aliud egiſſe, ſi verò acta numero, varietate, ac pondere admiranda perpendas, nihil Pium ſcripſiſſe pronunciabis.

Innumerabiles propè Legationes obiuit ante Pontificatum ad hunc per omnes honorum gradus eruditionis, atq; virtutis alijs euectus Sydereis verò clauibus armatus tot, ac tanta virtutum monumenta exhibuit æmulanda ſucceſſoribus, illuſtranda Scriptoribus, vt horum quidem conſentientium præconia fuerit conſequutus; ex illis autem paucos habuerit æmulatores. Vſque adeò difficilius, ac proindè glorioſius eſt præclara facinora perficere, quàm calamo tradere poſteritati.

Alexan-

Alexandri Donati.

SEnarum, Romęque decus, cui gloria gentis,
Et Phæbi laurus nomina prima tulit.
Eloquio tùm lingua potens, chartiſque diſertis,
Et bella, & reges pangere docta manus.
Quique pererratum toties Legatus in orbem,
Quo populis pacem geſſit, & arma ſinu
Romaque purpureum triplici fulgere corona,
Et ſua per terras ponere iura dedit.
Tunc fortis, tunc ille potens, dum ſacra tuetur,
Regna inclinati ſuſtinet icta ducis.
Lunaque non alium metuebat Thracia Solem,
Lumine, qui ſolus fulmina mortis alit.
Quis canet hæc? Macedo ſuſpirat Magnus Homerũ:
Dardanideſque Pius Plectra Maronis amat.
Qui faceres, tanta Æneas, qui facta referres,
Eſſe vnus poteras Magnus, & eſſe Pius.

Marſilij Ficini.



QVonam commendationis præconio ter ornauerim, M. Ficine, Platonicæ diuinitatis aſſertor, Mercurij ter maximi oraculorum interpres; Academiæ alter pater, Platonicorum veterum explanator, & æmulus, recentium verò magiſter, atque dux, ipſius etiam Pici eruditorum Phęnicis.

nicis. Te ingenio admirabili, cuius omnigena, & pænè innumerabilia posuisti monumenta pręfulgentem memorię vis armauit firmissima, te animi candor, innocentia morum, vitę integritas exornauit. Tu veterum sapientiam à tenebrarum caligine vindicasti gladio duplici, lingua scilicèt, calamoq; recidens, aut explicans laboriosę cuiusq; difficultatis nodos. Tu Palladius Hercules Platonicũ orbem multis iàm consternatum, & iacentem sæculis supèr humeros ingenij, ac memorię tollens sustentasti. Tu mente ad tertium Cęlum cum Doctore gentium instar Aquilę volasti alis geminis euectus, & Platone fœlicior huic ignota diuinæ Triadis arcana inuestigasti. Hîc nostrum Elogium siste; Cælum tibi arduum stultitia ne petas, venerare, non sequere volantem Ficinum, cuius nomen vnum omnis instar Elogij est à Platone celebrandum.

Philippi Galilei.

QVæ Plato percepit Sophia mostrante, Deoq;
Diuino hic etiam protulit ingenio.
Quæque suis posuit natura arcana latebris,
Quæ dubio condunt astra superna sinu.
Plures vt Cæsar Marios, gestasse Platones
Dicatur magno pectore Marsilius.

Lau-

Laurentij Medicei.

LAurentius Medices Magnus, Magni Cosmi Patriæ Patris ex Petro filio, & Lucretia Tornabona Nepos, Pater Leonis X. literarum, eruditorumque virorum illustri patrocinio, exculti ingenij, ac iudicij grauissimi præstantia, sapientia, virtutibus animi summis, ac fortunæ dotibus præfulsit adeò, vt existimatione Regibus penè par, Reipublicæ Princeps, Italiæ arbiter euaserit rerum gestarum gloria immortalis. Laurentio nullum ferè togatum parem inuenies, qui reges non paucos magnitudine animi, vel æquauit, vel antecessit. In hoc exornando fœlicitèr conspirauit rarò fœdere. iuncta virtus, ac fortuna, quæ Laurentium nunquam oppressit, sed aliquandò pressit, vt altius attolleret.

Magni Laurentij Medices Prosopopæia.

EXcepi gremio Musas geniale, virosque,
Quos doctrina rudi vindicat à Populo,
Palladia rexi Patriam clarissimus arte,
Auribus & procerum Delphicus alter eram.
Arbiter Italiæ pacem de more labantem
Constitui Martis tela cruenta premens;
Arbiter ac belli insanas fœliciter vndas
Sulcaui, rostro scilicèt incolumi.

Vtq; foret patria exitio mea libera crudo.
Obieci tumidis fluctibus ipse caput.
Testis erit Siculi regnator ferreus Orbis,
Quem mihi deuinxi, dum ferus hostis erat.
Cætera quid referam? stupidis clarissima sœclis
Gesta mea attingunt Solis vtramque domum.

Hieronymi Sauorgnani.

LAudabile prorsùs institutum est viros insignes gloriosè functos, quà calamo, quà pennicillo, aut Cælo fidelitèr exprimere, vt illi merito immortalitatis beneficio illustrentur, & posteri acrioribus ad virtutem capessandam stimulis excitentur. Siquidem hi generosa æmulatione ducti famam appetent præclaro quouis facinore comparandam: itaque honores, quos demortuis exhibemus, in vtilitatem viuentium potissimam exhibemus. Hínc ego non mutus, sed eloquens artifex imaginem Hieronymi Sauorgnani Comitis Belgradi luminibus animi suspiciendam formabo. Comiti genus affinitate cum Principibus, potentia, clientelis diù florentissimum; abauus Franciscus Eques, castrorũ compluriũ dominus, Fori Iulij Vicedominus, proauus Federigus III. Veneta nobilitate cum posteris omnibus donatus, cognomento defensor Fori Iulij, & Aquileiensis Ecclesiæ liberator, cuius filius Tristanus Eques, ac Dynasta primi nominis, atq; existi-

existimationis, & (quod huius fælicitati tribuendum est) auus Hieronymi. Hic optimis disciplinis armatus imperij Veneti tutator acerrimus Cadurium à Maximiliano Cæsare defendit, atque Germanorum copias Reipublicæ ditionem vastantes ac depopulantes, cum agrestium, & clientum manu superatis Alpium iugis inacessis vsque adeò prostrauit, vt nonnuili è montium crepidinibus, rupibusque fugientes ignoto timoris æstro perciti se præcipitauerint. Suprema verò virtute, atque constantia oppidum Osópij liberauit àb atrocissima obsidione, & oppugnatione Chrystophori Frangipanis Cæsarei ducis Forum Iulij occupantis, qui cum exercitu victus, & dedecore onustus Germania repetere coactus est. Itaque Sauorgnanus causa fuit explorata, vt illa regio recuperaretur à Senatu, qui publicè compellauit Sauorgnanum Venetæ Reipub. Fabium Maximum, & Athlantem, quod vniuersam grauissimi belli molem sustinuisset. Hinc inaudito exemplo omnes Ciuitatis principes numero suffragiorum antecedens, licèt hospes quodammodo in Vrbe Senator maioribus Comitijs creatur: vsque adeò vnica virtus gratos vniuersi Concilij animos allicit, atque deuincit optimè de Republica meritò Heroi. Ab hac sanè liberali Collateralis honorificentissima dignitate, atq; Comitatu Belgradi, & Osopij, quibus in oppidis liberam vitæ omnium, necisq; habuit potestatem, ac merum, mixtumq; imperium, insignitus

 est,

est, qui munera hostium amplissima repudiarat inuicta fide armatus; ambitionis, atq; auaritiæ domitor, ac triumphator. Omitto alia facinora bello egregia, & Legationes, quas gessit sagatæ, ac togatæ Palladis artibus præclarus, qui demùm honores publicos præ animi excelsi moderatione, atq; amplitudine despiciens pacatę deditus vitæ literas, & eruditos viros, præsertìm Ioannē Lascarim complexus est.

Pulcherrima sobole relicta decessit sexagenario maior, cuius gloriam æui sui comitem trahet Reipub. sempiternæ corpus diuina Prouidentia constitutum.

Hieronymi Fracastorij

PVlcherrima Thuscorum olìm præpotentium filia Verona familiarum splendore, alijs nominibus inclyta, armorum ne, an literarum gloria præstiterit, haud facilè iudices. Siquidem suos Mars iactat alumnos Canem cognomento Grādem, aliosq; Scaligeros militari fama, atque potentia Principes aliquandò in Italia maximos, Luchinum Venetæ Reipub. & Iacobum Ducum Mediolanensium Imperatores fœlicissimos Vermię gētis, belliq; fulmina hostibus maximè formidata. At Phœbus vatū pater, ac Medicinæ inuentor suprà tot eloquentiæ, atq; scientiarū candidatos, Catullū, & Fracastorū latinæ poësis oculos vbiq; radiātes ostē-

tat.

tat. Hic varia carmina cedro digna perſcripſit, inter quæ nobilis eſt Elegia in obitu M. Ant. Turrij Veronenſis. Sed omniũ opus abſolutiſſimũ Syphilidis, ſiuè morbi gallici libri tres heroicis numeris concinnati ea eruditorum admiratione, vt Sanazarius ipſe maieſtatis Virgilianæ ſectator egregius, atque alieni carminis laudator alioqui parcus, & amarulentus Fracaſtorum vnum eſſe confeſſus ſit, à quo non Pontanus modo, ſed ipſe quoq; accurata carminis dignitate viginti annorum lima expoliti eſſet victus. Adde Iudicium Iulij Cæſaris Scaligeri Scriptoris eruditiſſimi, qui rigidus Poëtarum cenſor diuinum tamen Poëma Syphilidē compellat, ipſumq; Fracaſtorum præſtantiſſimum poſt Virgilium Poëtarum. Apollinis gemino beneficio nomen per Europam ferè omnem propagauit Hieronymus, immortalitatem hauriens non tantùm è Permeſſi aquis, verùm etiam ſydereis ab ignibus; à viribus, & opificio naturæ. Siquidem ſupra literaturam politiorem ad arcana cuiuſque doctrinæ, ſed Mathematicarum præcipuè ſcientiarum, atque Medicinæ infinita lectione, inuſitataque memoria penetrauit. Teſtes libri fœlicitèr elaborati, qui lucem hauſere publicam à Ioanne Baptiſta Rhamnuſio collecti; hic enim ſupremum amicitiæ munus perſoluens æneam Fracaſtori, & Naugerij Patricij, Poëtæ, Oratoris Veneti effigiem Patauij in fornice portæ iuxtà pontem D. Benedicti addita veterum aræ perantiqua di-

catione luculentèr exornauit. Testes egregij Principes, ac literati æquales, à quibus adamatus, & tantum non cultus ob summam doctrinam, & probitatem; ob ingenij pænè diuini præstantiam.

Bartholomæi Tortolletti.

Vos ò perpetui Musarum nominis hostes
  Ad Fracastori carmina celsa voco.
Dispeream, si non mentem eiurabitis aspram,
  Ni rerum & vobis prima Poësis erit.
Rursum, vos Sophiam qui fastiditis amœnam,
  In Fracastori limina ferte pedem:
Dispeream, Sophiam ni lapsam ex æthere fassi,
  Ibitis in Sophiæ vos quoque spontè sinum.
Quam fœlix, patria es titulis, & nomine prisco;
  Quantus honos Musas propter, & arma tibi est.
Cætera ament alij, placet hic mihi ciuis; ob vnũ hunc
  Nasci non poteram nobiliore solo.

Petri Bembi Cardinalis.

Petrus Bembus Cardinalis intèr literaria Cæli Veneti sydera facilè Princeps purpureo iubare latè diffuso præfulget. Hic Bernardi I. C. & Equitis Prætura Rauennæ tunc Venetis subiectæ, ac Legatione ad Summum Pontif. & apud Rempub. Florentinam clarissimi filius peruetusti generis amplitu-

plitudinem auxit eloquentiæ singularis, eruditionis admirandæ, summæque integritatis gloria nobilibus ingenij monumentis immortalitati consacratis. Ciceronianæ facundiæ solertissimus æmulator Oratoris egregij nomen adeptus est.

Historiam Venetam in duodecim libros digestam fœlicitèr elaborauit cum Patriæ tùm argumenti amplitudine spectabilem: Vitam Guidonisubaldi Vrbinatum Ducis, Asculanos opus amœnissimum, tres de ratione Etruscè loquendi libros in Dialogo mirabiliter scriptos; de imitatione ad Io. Picum, epistolas, & carmina multa, & egregia Latino æque, ac Etrusco stylo exarauit vtriusque linguæ peritissimus, ac inter optimos Poëtas habitus eruditorum iudicio, famæque consensu. Inuida virtuti mors nimis importuno funere abstulit Bembum Reipub. literariæ fælicitati, qui nobilium ingeniorum æstimator, ac patronus tot meruit præconia, quot obtinuit à literatis viuus pariter, ac extinctus; tot obtinuit, quot nemo æqualis.

Ristauri Antinorei.

EN Bembus venerabili
Ostro, purpurea clarus, & infula:
En doctissimus omnium,
Quot Thetis Veneto protulerit sinu;
Fronti quandoquidem illius
Certabant meritam nectere Lauream.

Græca, Etrusca, Latinàque
Musa, at dissidium tam graue protinus
Phœbus summouet arbiter;
Nam serta è manibus singula præripit
Musarum, huius & inclytam
Illis cęsariem frondibus implicat
Clamans, non decet vnica
Lauro, prò meritis cingere, quem triplex
Virtus insita pectori
Certat tergeminis tollere honoribus.

Di Andrea Doria.

LA diuina Prouidenza, la quale quanto più, tanto meno conosciuta con maniere incomprensibili, e con ordine marauiglioso regge l'vniuersal Città del Mondo, fà in ogni Republica all'imperio di Popoli, e Nazioni destinata nascere qualche Famiglia per difesa di quella, e per esterminio de' nemici. Si manifestò questa verità in Roma, doue fiorirono li Scipioni della superba Cartagine vincitori fatali. Si manifestò (per lasciare l'esempio d' altre Republiche) in Genoua Madre felice della gente Doria, che per numero, e per grandezza di fatti trà le Genouesi eminentissima produsse già Vberto, Currado, Lamba, Filippo, Pagano, e Luciano sopremi Capitani dell' armata, i quali diuerse volte vinsero i Veneziani, i Pisani, i Catelani glo-

gloriosamente di questi popoli trionfando. Ma la chiarezza de sopranominati Guerrieri è stata nel secolo antecedente illustrata, ò forse oscurata dall'immortale splendore d'Andrea cognominato il Magno, e l'humano Nettuno; nè senza ragione, poiche non hebbe veruno della sua età nel trattare le cose marittime superiore, e per grandezza di fatti, e moltitudine di Vittorie, quasi agguagliò la fama de gli antichi Eroi. Laonde fù per i sua meriti non ordinarj ornato da Carlo V. Imperador felicissimo del Principato di Melfi con preminenze, e con altri titoli à valor eccellente douuti. L'animo veramente eroico d'Andrea superiore a' militari pregi, e trionfi risplendè sommamente nel rifiutar l'assoluto Principato della Patria, potendo nelle fatali riuoluzioni di questa ottenerlo, al che fù instantemente pregato da' Cittadini. Dimostrandosi vero Cittadino, e Padre della Patria, la rimise in libertà, di questa generoso Campione contro l'ambizione di chi hauesse tentato di soggiogarla. Ottenne dalla gratitudine ciuile essequie, e statua publica consacrateli per eterna memoria di sì gloriosa operazione, la quale da molti Scrittori è stata con encomi celebrata. Siche Andrea nel carro della gloria assiso trionfa dell'auaro diuoratore delle Machine, e delle Corone reali hauendo per sue guerriere la Virtù, e la fama, che la Morte vittoriose calpestano.

Del

Del Sig. Antonio Bruni.

POse Gaddi il Grand'Oria à Dori il freno
Vinti nell'onde Ambracie i Traci Legni,
E con gloria dell'Adria, e del Tirreno
Toccò primo d'Honor gli vltimi segni.

Hor sotto Ciel più destro, e più sereno
Solca di nouo Mar flutti più degni,
Perche in aspra tempesta atro baleno
D'opporsi al nobil corso in van s'ingegni.

Già par che inchiostro d'or chiaro risuone;
Già le scorge alta penna, inuitto, e solo;
Già trionfa ne' fogli il gran Campione:

Ma'l tuo inchiostro gli fia pelago, e polo,
La tua penna gli fia scorta, e timone,
E fiano i figli tuoi vela al suo volo.

Claudij Ptolomæi

SEnensis Ciuitas non paucarum Vrbium dominatrix, fertilitate agri, amplitudine sacrarum ædium optimis Christiani Orbis moderatoribus; Iurisprudentiæ, atque Philosophiæ Alumnis; Academiarum, ac eloquij Etrusci fama insignis nobilissimarum

marum excellit ſplendore familiarum. Inter has olím præclara Ptolomæa, vti Salimbena, Othone à magno egregia ob facinora multis caſtris donata, & è quinque Patritijs Senenſibus maiorum gentium tulit elapſo ſœculo Claudium Poëtam, atque Oratorem egregium. Hic iudicio, & eruditione, duplici velut præſidio munitus in Caſtris Poëtices militauit non inglorius inter æquales. Siquidem auſpice, ac duce Petrarcha ſtylum adhibuit in Sonectis purum, dulcem, grauem etiam in ob ſenſa doctrinæ ſolidioris. Octonis verò carminibus eleganter, ac eruditè in primis exprimit amorem Platonicum, acre ſimul, & ſuaue incitamentum Poëſeôs fœlicitèr explicans nonnulla diuini Platonis oracula. Feliciſſimam quoque elaborauit Paraphraſim Pſalmi: *Nunc dimittis*.

Eloquentiam verò Claudij Poëticis minimè deiunctam Legibus teſtantur orationes editæ à Sanſouino cum alijs clariſſimorum illius æui Oratorum; & Dialogus Ceſanus, in quo diſſeritur, quonam appellanda ſit nomine materna lingua.

Non eſt inuoluenda ſilentij tenebris actio Claudij fortè inaudita elapſis ſæculis, & ſcitu digna ob elegantem. Hic vel ira, odioue, aut contemptu ductus fortaſsè (cauſam quippè mihi non compertam non auſim affirmare (ſplendidè, ac vltrò eiurauit Doctoris, & Patriæ iura, & ornamenta.

Elogia

Elogio Oratorio del Vescouo Vida.

QVanto a' Prelati conuenga l'ornamento di elegante litteratura, e di nobile, ed onesta Poesia, lo dimostrò M. Girolamo Vida Cremonese Vescouo d'Alba, glorioso per le Poesie accompagnate da scelta erudizione, e da bontà di costumi con sommo ingegno, e con pari dottrina cō giunti. Meritarono fiorita corona di lodi non ordinarie questi Poemetti, il Bombice, la Scacchiade, la Poetica, in cui non pochi versi diuini si ritrouano, & è stimata superiore à quella del grand' Orazio, per l'arte, e per lo giudizio merauiglioso, dal qual'è formata, e pulita.

Meritano ancor' al mio parere d'esser lodate l'Egloghe per affetto, e tenerezza riguardeuoli, sicome qualch'Ode molto buona, e degna di stima. Non è mancato scrittore, il quale celebrando gl'Inni, e la Cristiade singolarmente nelle Poesie Cristiane al Vida il principato attribuisca; anzi fú questo da molti stimato il Principe de Poeti della sua età, nella quale risplendeuano i dua occhi della Poesia Latina, il Sanazzaro, & il Fracastoro.

Nella Cristiade con eroico spirito emulò felicemente l'Imperador delli Eroici, e riuscì singolare non pur segnalato, e per la disposizion della materia, e per le inuenzioni sceltissime, per le comparazioni,

le quali sono insieme robuste, e graziose, efficaci, e candide.

Non mi è nascosto, che all'opere del Vida sono alcune cose opposte, forse non senza fondamento, sicome alcuna facilmente si potrebbe aggiugnere da chi esercitar volesse il rigoroso vfizio di Critico; ma io nell'Elogio non sostengo la persona di Censore, ma di Oratore, le cui parti sono lodar', ò scusar', ò difendere. Ma poco bisogno hà di scusa, ò difesa il Vida, qual hà superato quasi tutti li Poeti Latini, e di arte Poetica, e di grandezza, ò varietà di soggeti. Laonde pare, che non senza fondamento si glorj delle materie cantate, cantando flebilmente nella morte de' suoi genitori.

Iamq; canebam animis superans, audaxq; iuuenta,
Quæ nulli cecinere, Leo iàm carmina nostra
Ipse libens relegebat, ego illi carus, & auctus
Muneribusque, opibusque, & honoribus insignitus.

Resse con intera fama il Vescouado al suo merito, e virtù singolare conceduto.

Ioan. Georgij Trissini.

INter illustres Vicentiæ familias Trissina Ioann. Georgij Poëtæ celeberrimi fama excellit. Is Musarum alumnus immortale prçconium promeretur conscripta insigni Tragœdia Sophonisba,

adeò-

adeout Melpomene ipsius amans, & coniux fingatur ab ingenioso Aristarco. Accedit Italia liberata, Heroicum Poëma, quod primum Hetruscæ linguæ prodijt in lucem ad libellam directum eruditorum Magistri Stagiritæ, & ad Homericum exemplar conformatum. Siquidem Trissinus Venusini vatis præcepto edoctus, Exemplaria Græca diù, noctuque versanda, Troiani belli Scriptorem, qui ob inuentionem, ac descriptionem rerum admirabilem Diuini cognomentum natus est, ducem elegit Poëmatis imitatione dignissimum.

Bartholomæi Tortolletti.

TRissine, dum Tragico reboat tibi Scena cothurno,
  Atque Getas Heros pellit àb Vrbe tuus.
Græcia tota tibi plaudit, tibi plaudit Homerus;
  Musa Sophoclæis & rediuiua notis.
Ipsa sui gaudens fert incrementa decoris
  Accepta ingenio Thusca loquela tuo.
Quandoquidem Graias artes, atque Attica cœpta
  Traijcis ad nostræ tertia iura tubæ.
Vtraque agit grates tibi, sic pro munere tellus
  Altera, quam repetes, altera, quam cumulas.

Areosti, & Tassi.

LVdouicum Areostum, ac Torquatum Tassum Hetruscæ Poëseos lumina, Italicos Apollines eodem Elogio concelebrandos arbitror, vt par vterque præconium obtineat, qui par ferè nominis, & gloriæ fastigium, vel diuersa via obtinuit.

Torquatus cultioris styli maiestate, doctrinæ præstantia, verisimilis poëtici, Christianæque modestiæ ornamento, grauitate iudicij, fabulæ vnitate, artis cultura nobilior est. At Ludouicus clariori eloquio, vbertate inuentionis, collationum amœna multitudine, inexhausta vena, & casuum varietate præstantior, ad affectiones animi permouendas efficacior; in imitando figmenta Poëtarum fœlicior, in describendo facilior res haud narrat, sed ob oculos ipsos legentis ponit, hinc DIVINI titulo à Torquato, & à Scriptoribus alijs insignitur. Quid plura? Ludouicus verior Poëta; Torquatus elegantior videtur, hic Virgilius Bergomas, ille Homerus Ferrariensis. Iudicium hoc sit de vtriusque Poëmate primario: vtrumque profectò viuet immortale in admirantium manibus publicò exceptum plausu, & in plurimarum nationum linguas adoptatum. De alijs iudicare inter se collatis fortè nimis arduum, cum diuersa plerumque scripserint. Ingenium Tassi præfulsit in elegantissima Fabula Pastorali, cui nomen Amin-

Amintæ, in prænobili Tragœdia Turiſmundi, in Coſmopæia, quam ſolutis numero verſibus expreſſit eruditiſſimè, in paruo Poëmate Rinaldi muſæ adoleſcentis fœtu; in Lyricis carminibus, quæ ſummis laudibus attolluntur, in Dialogis demùm quibus diuinum Platonem æmulatus eſt. Areoſtus ſupra latina Epigrammata æqualibus celebrata eruditis rara fœlicitate ſcripſit Satyras mordaci ſale conſperſas; & Comœdias plures Theatrali voluptate ſæpè repetitas, inter quas maximè Suppoſiti excellunt inuentionis, atque ſucceſſus amœnitate cum Plautinis facilè contendentes. Reliquum eſt, vt adeò excellentes Poëtas cum principibus Græcorum, Latinorumque conferendos òb admirandam ingenij, atq; operum fælicitatem veneremur.

Franciſci Rouai.

QVò quò furoris flamine percita,
Et mole fidens corporis, impia
Tendis Iuuentus? quid laboras
Monte ſuper geminare montem?
Spernit Gigantum terribiles minas
Tranquillitatis culmen Olympicæ,
Pacemque fruſtra ſempiternam
Terrigenæ miſeri laceſſunt.
Iam iam nigrantes eripiunt Polum
Nubes, corruſcus iam tonitru fragor

Hor-

Horrendum in immanes cateruas
Fulminat; en feriunt ruinæ,
Sternuntque letho centimanum gregem,
Fœlix sed altè pandit ad Æthera
Pennas, & Aſtrorum per orbes
Emicat inuiolata Virtus.
Vndas morantem vidimus Orphea
Manes per ipſos carpere iter Cheli;
Stelliſque permixtum capillos
Sydereo religare nodo:
Sed quid vetuſtæ præmia Gloriæ
Inſerta noſtris carminibus nitent?
Me flore vernantes recenti
Ad numeros reuocent coronæ.
O Sydus alto maius Apolline,
Ferrarienſis grande decus ſoli,
Lauroque præfulgens, & auro,
Seù grauibus ſocianda chordis
Infeſta narras prælia Sequanæ,
Mauriſq; frendentem agminibus ferum
Armas Hidaſpen, ſiuè nectar
Fundere per teneros amores
Inſpirat ardor: Fulmina, fulmina;
Non verba torques: ad nitidum iubar
In corde depulſis tenebris
Dulce iubes renouare carmen.
Sed quò renidens me rapit arduum
Obſcura fulgor nubila tranſuolans?

Quæ ſtella flammatas per arces
Fundit opes veneranda tecum?
Torquatus alma ſplendet adorea
Euectus alis ſyderibus ſuper,
Chriſtique Cycnus Barbarorum
Eripit è manibus ſepulchrum.
Audin, metallo grandiloquo vt ſonet,
Spectas ne Tracem per Solymæ vias
Pallore perfuſum trementi
Armorico dare terga ferro?
Iam flamma vaſto voluitur impetu, in
Præceps aguntur tecta ruentia,
Palmiſque iam ſurgens Idume,
Marte cadit populata Gallo.
O ter beatum nobile ſyderum
Par, quo ſuperbis Italicum melos
Regnis potitum præualebit
Argolico dare iura Pindo.
Teſtantur Alpes ad Citharam, leues
Nunc ire ſyluas: impatiens moræ
Rupes inacceſſum per æquor
Noſcit iter rapiente Plectro,
Iam non reſiſtunt difficiles feræ,
Diſcitque ſenſus implacidum genus,
Cauteſq; dediſcunt rigorem
Gurgite mellifluo madentes.
Iam quò fugaces Sol minuit dies,
Quò librat horas lumine longius,

Veſtrum elaborabunt Camænæ,
Tyndaridæ gemini triumphum.

Del Marullo Greco.

DEſiderabil in vero, e degno di ſomme lodi è l'eſſer eccellente in qualche profeſſione ingegnoſa, e ſublime, ilche à rari ſi concede in qualſiuoglia facoltà, ma nella Poeſia Latina Lirica in ogni ſecolo à rariſſimi, anzi per lo ſpazio di tutti i ſecoli à cinque, ò ſei appena è ſtato dalla Natura, e dall'arte inſieme collegate conceduto. Laonde honoratiſſimo Elogio merita ſenza controuerſia il Marullo, hauendoſi acquiſtato trà quanti hanno latinamente compoſto Inni, ſpezie nobiliſſima, e principaliſſima della Poeſia Lirica, il principato, quale nè dall'inuidia, nè dall'adulazione gli deue, ò può eſſer vſurpato. Perche laſciando alcune Odi, vn'Elegia, & alcuni Epigrammi eccellenti del Marullo, chi troueremo noi, che lo ſuperi, ò pareggi nel numero inſieme, e qualità d'Inni Latini? Certamente quello all'Eternità merita, che l'Eternità iſteſſa lo ſcolpiſca in ſaldiſſimo diamante per eterna gloria di ſe, e dell'Autore tanto più glorioſo, quanto che eſſendo Greco hà ſuperato i Latini Poeti in queſto genere con roſſore dell'Italia, la quale deue deſiderar, che qualche ſuo figlio le acquiſti ſimil corona. Trapaſſo per breuità gli altri Inni del Marullo, quaſi tutti

degni di lodi non ordinarie, quantunque in alcuni sia qualche imperfezione, e triuialità, e perciò non arriuino questi ad eccellenza. Ma deuesi ciò condonar alla Natura humana, di cui è proprio l'errare, la quale non può sempre produrre le cose perfette. Laonde troppo rigoroso giudice si dimostra lo Scaligero verso del Marullo; si come verso quasi tutti li Greci, contro quali pare molto appassionato lacerando i principali, e schernendo tutti col nome di Greculi e con parole pungenti, non si ricordando, ò non volendo ricordarsi, che i Latini, sicome sono maestri de' Toscani, così stati sono scolari de' Greci, e da questi hanno appreso quasi tutto quello, che hãno di buono nella Poesia, nella Rettorica, nella Filosofia, ed in altre scienze, e che i Latini co' Toscani vniti appena sarãno pari di numero, e d'eccellenza insieme alli Greci scrittori. Ma perche questi non si gonfino, e disprezzino l'altre Nazioni, si ricordino d'hauere imparato le principali materie Filosofiche, e Teologiche dalli Egizj, dalli Ebrei, da' Caldei, da' Persiani. Ma per tornare allo Scaligero ingegnosiss. certo, ma rigorosissimo Censore, sicome in alcune opposizioni fatte al Marullo non si parte dalla ragione, così mi par in non poche ò appassionato, ò indiscreto volẽdo sottoporre quello, che scriue poeticamẽte, cioè fauolosamente sopra poetiche Deità de' Gentili ad vn rigore di cose, e di parole tal', e tanto, che appena lo sopporterebbe vn Teologo Cristiano, quale

scola-

scolasticamente trattasse delli Articoli fondamentali della Cristiana Religione

Diui Francisci Xauerij.

TOT Regnorum, ac gentium dominatrix Hispania complures elapso æuo Diuos, atque Scriptores doctrinæ solidioris edidit, itaut, si omnes celebrarem, æquior, si nullum, iniquior, & planè iniurius essem. Horum volumina eruditionis masculæ plena in Templo Mnemosynes, illorum verò nomina in sacrario diuinitatis effulgent vitæ libro scripta, ideòq; non indiga nostræ laudis aliquandò moritur æ. Tamen gratæ pietatis erit vnicum saltèm Xauerium in Orbe (vt appellamus) nouò Apostolum obsequioso præconio venerari. Hic Diui Ignatij Loyolæ, qui tam præclaræ Societatis author extitit, socius dispersit cum sole manus in vtroque mundo æterni conditoris opificio, scilicèt Ecclesiæ Catholicæ operatus.

Cum verò tria potissimum sint, quæ Diuinum Apostolum declarent, Miraculorum vis, diuini verbi prædicatio, itinerum longitudo, periculis innumerabilibus fœta òb animorum salutem tolerata; quis Franciscum Xauerium Apostolatus nomine condecorandum inficiabitur?

Imperfectum est Elogium, quod commodiori tempore absoluetur Deo fauente.

A
Andreæ Alciati.

NVlli fortè Italorum auita memoria cùm Grecæ, tùm Latinæ eruditionis, ac doctrinæ multiplicis opes maiores contigerunt, quàm Andreæ Alciato Iuris Consulto omnis Insubriæ preclarissimo. Natus in Vrbe Mediolanensi, quæ nobilissimi Italiæ Archiepiscopi Sedes; Gallię Cisalpinæ caput est, atque seminarium Heroum, diuorum, Principumque summorum, ingenio versatili florens, antiquitatis peritia, solutæ orationis candore, latini carminis ornamento, virtutibus, ac humanitate, quę perfectæ comes eruditionis est, grauium scientiarum dignitatem nobilitauit.

Hinc meritò stipendijs opimis auctus in Galliæ, in Bononiæ, Ferrariæ, Ticini Gymnasijs præcellentis Doctoris munus expleuit cum admirabili concursu Auditorum ex vniuersa Europa confluentium, tanquam ad Oraculum Apollinis. Tanti viri opera fęliciter elaborata in eruditorum manibus versantur præsertìm Emblemata, quæ candor, elegantia, sententiæ nobilitant, toties typis recusa, & in Italicam, Gallicam, Hispanicam linguam conuersa, & commentarijs celebrium literatorum illustrata.

Nomen verò ęternitati consacratum plaudentis famæ linguis viuet immortale, si tantum sperare licet mortali, & nisi Scriptoris, vel egregij famam ex-

cel-

cellentioris gloria fortè nasciturі obscuret, atque obruat, quod in omni pænè Arte liberali contingere vidimus, itaut hic versus paulisper immutatus referri possit.

Successore nouo tollitur omnis honor.

QVale tuo, Andrea, cælatum Emblema sepulcro.
Magnæ argumentum nobile mentis erit?
Iustitiæ an Libram pingam? qua iudice nullus
Æquiparanda tibi pondera iuris habet.
Ipsa graui an potius iurisprudentia vultu
Signabit tumuli marmora clara tui?
Hoc benè: nam Legum virtus aut mortua tecum est,
Aut hîc, vt vitam det tibi, viua sedet.

ET Mediolani effulgent mira omnia, mirum
Sed magis, Andreę, quod fuit alta parens.
Astræa, & Musis, varioque Emblemate clarus
Vixit Apollineę gloria prima lyrę.
Iam caput Insubrię à suibus sua nomina lusit;
Hoc tamen à Cycno nomina magna trahit.

Petri Ronſardi.

PEtro Ronſardo Equeſtris generis viro plurimum debet Gallia Tranſalpina, quòd tot Imperatorum, & Regum ſuorum triumphis Apollinarem gloriam addiderit. Is enim Romana, Græcaque literatura fœlicitèr excultus vſque adeò elegantèr Gallicam linguam in Poëſim informauit, vt magno ore, magnos Pöëtas Homerum, Pindarum, Lycophronem, Aeſchylum, Ariſtophanem, & Horatium Gallicana veluti donatos Ciuitate decantaret. Inuidiæ, quæ continentèr excelſa petit, fulmina contorta retudit Ronſardus clypeo multiplici, ſcilicèt patrocinio Margarithæ Henricus II. Regis ſororis, eruditiſſimæ viraginis; & eius Cancellarij Michaelis Hoſpitalij; M. Antonij Mureti, atque Remigij Bellaquei. Nec deſiderati ſunt Mœcenates Franciſcum ſuprà ſecundum Carolus IX. & Henricus III. Galliæ Reges fraterna velut æmulatione in ornando Petro contendentes. Carolo Elegias, & opus Francialis eius impulſu inſtitutum inſcripſit Ronſardus, qui fato Muſis lacrymabili abreptus innumeræ ad funus propè Regium confluentis multitudinis lacrymas excitauit. Oratione funebri, pluribusque Epitaphijs, ac Epicedijs eruditorum celebratus eſt, nec immeritò: fuit enim præter illuſtrem Poëſis, atque doctrinæ prærogatiuam facilis, fœtus;

erga

erga omnes, quibus lyra, & carmen cordi, à liberalis, & liuoris, qui non paucos eiusdem artis professores inficit, expers cuius argumentum posteritati commendandum exhibuit. Siquidem vbi diuinam æterni Poëtæ Hebdomadam heroico expressam Berthasij carmine inspexisset, huic aureum calamum dono misit hoc Elogio nobilitatum, scilicèt Barthasium plus laudis assecutum esse vna hebdomada, quàm Ronsardum tota vita.

Francisci Mariæ Gaddij.

Ergo facundas oculata pennas
Quondam, & auritis opulenta linguis
Fama, quid tantum memoras loquaces
Tergoris alas.
Disce, quas aptes humeris sonoris
Pulchrius plumas, quibus eruditos
Appares cursus, nitidoque findas
Remige nubes.
Candidum vatum decus, an Garumnæ
Pindarus magni docet, ac decoro
Monstrat exemplo, benè quas retendat
Gloria pennas.
Nempè regali nitidum metallo
Arbiter plectri pius efficaci
Destinat vati calamum disertæ
Munera dextræ.

Cor-

Cordis ô magni, niueęque mentis
Aureum testem, bona cui secundum,
Nec videt Clio similem, ô decentum
Pignus amorum.
Petre nùnc magni super alta Cæli
Victor æternos meditare cursus,
Vsus & penna minùs vsitata
Surge sub auras.
Ales Argiuis melior, niualem
Dicerem Cycnum, nisi, dum ministras
Aureas pennas, Heliconis vltrò
Dicere Phœnix.

Thomae Contareni.

PVlcherrima sane arbor Contarena, non vti platanus iuxtà aquas, at in aquis instabilis Regni stabiles sortita radices diffuso vertice in Cęlum attollitur. Hæc licèt annosa, viridi tamèn senectute frondescens ostentat fœlicibus ramis suspensa tot Principum regalia insignia, Cruces, Mitrasque complurium Antistitum, Scriptorum calamos, Imperatorum Vexilla; centenas denique trabeas Senatorum, qui Venetis Magistratibus, & Præturis functi Legationes propè innumerabiles gessere. Ex his auita memoria Thomas Diui Marci Procurator ingenij magnitudine, grauitate consilij, prudentiæ diuturno

rerum vsu roboratæ præstantia grauissimis negotijs par, Oratoris munus ter impleuit Patriæ cum dignitate apud Solymanũ Orientis Dominatorem bellica virtute, atque inexhaustis imperij omnium validissimi viribus formidabilem. Neque verò à tam feroci maiestate formidinem Contareno incussam arbitreris; cum enim in tertia Legatione iniquas pacis conditiones audiret, generosa libertate respondit, Se pro ineunda pace, quæ cum dignitate Reipub. fieret, Byzantium profectum; ijs, quæ peterentur, nullo pacto adsentiri posse, Rempub. fortiter dimicaturam, extrema potiùs pericula subituram, quàm de suis ditionibus quidquam sponte cederet. Italia verò armorum inter fluctus æstuante anno reparatæ salutis 1557. apparatibus ad Imperij defensionem factis à Senatu Legatus (hic Prouisor Generalis est, qui à nonnullis appellatur Imperator) summa cum authoritate in Continentem missus, ne detrimenti aliquid Respub. caperet, sedulò prospecturus. Perspecta Thomæ virtus ad celsiores vsque dignitates euecta est. Cum enim anno succedenti Resp. Cypro timeret à terribili classe Solymani, quæ triginta supra centum triremibus, hippagogis viginti, alioque nauigiorum genere ad trecenta constaret in Senatu latum est, vt centum triremes armarentur; classis Imperator maioribus Comitijs Thomas creatus; Pandulphus verò Contarenus Legatus designatus, continuò decem triremes ad classem, cui Christophorus

Cana-

Canalis alter Legatus præerat, mittuntur; Melchior Michaelius summo cum imperio Corcyram, Cyprij Regni præsidia supplemento Italorum transmisso augentur; Epistolæ ad Sebastianum Venerium supremum Insulæ Præfectum, atq; reliquos Magistratus huius, & Crætæ, aliarumque Prouinciarum exarantur, vt primores & populos ad strenuam defensionem adhortentur; Vexillum verò imperatorium inter sacra à Vincentio Diedo Patriarca concelebrata faustis auspicijs Contarenus accipit à Principe, à quo ad Prætoriam nauem comitante Senatu de more deductus classem petit. In hac octoginta, & amplius nauigia, triremes Illyricę 29. Cretenses 13. Venetæ 18. ad transtra ablegatorum, Celoces 15. Biremes quinque, Myoparones tres numerabantur His Venetorum apparatibus Turcæ haud parum sollicitabantur, itaque non fuit opus Contareno cum Barbaris Veneto dominio parcentibus dimicare neque ideò minùs fortunatum, vtilemue ducem existimes. Satius enim est Reipub. maritimas vires, quibus vniuersa imperij moles innititur, integras conseruare, quàm eneruare bellando, vel fœlicitèr cum hoste longè potentiori, qui Martis instaurato turbine, licèt aliquo prælio victus, vniuerso demùm bello victor euaderet immuni cum periculo Venetæ libertatis, quæ nunc præcipuum Italici nominis ornamentum est.

Lege

Lege in Corollario Poetico Syluam in laudem Thomæ

Camilli Vrſini.

NVllum facilè genus Italiæ tot regulos, & imperatores exercituum, totque ſimul Cardinales oſtentabit, quot Vrſinum Pontificium, ac regijs affinitatibus inſignitum. Teſtes Etruria, Boemia, Gallia, Neapolitanum Regnum, in quo Vrſini Dynaſtæ compluribus Vrbibus, ac longè plurimis oppidis imperarunt.

Ex ijs Camillus Nomentanus Pauli Marchionis Tripaldæ filius militari peritia, & virtute præſtantiſſimus exercituum dux immortalis poſuit monumenta coſtantiæ, eloquentiæ, prudentiæ, fideique ſingularis in Gallia Ciſalpina, in Latio, in Apulia, in Dalmatia Reipub. Venetæ, Romanorumque Pontificum ditionem, atque dignitatem conſtantiſſimè tutatus. Longum eſſet ire per ſingula, quæ à Scriptoribus fœlici eloquio celebrantur. Romam tamen, & Parmam ſupremò Chriſtianæ Reip. Moderatori conſeruatas obliuioſo inuoluere ſilentio nefas. Siquidem in tuenda, retinendaque Parma, cuius cuſtodiam à Paulo III. Pontifice acceperat ea lege, vt nemini abſq; Pontificio iuſſu, ac mandatis traderet, adeò excellenti Fide, atque conſtantia præfulſit, vt licèt pecuniæ inopia premeretur, nullis quantum-

uis

uis ingentibus præmijs àb instituto deduci potuerit Octauij Farnesij vim, & Purpurati Senatus iussa contemnens. Tàm præclarum facinus, & Summi Pontificis, & nobilium Historicorum præconia promeruit.

Demùm innumerabilium ferè meritorum agmine stipatus in id auctoritatis, ac existimationis fastigium imperante Paulo IV. euectus est, vt Romæ penè Arbiter, Moderator vniuersæ nobilitatis àd ipsum confluentis post seruatam àb insidijs Albæ Ducis, qui cum exercitu maximè numeroso clàm propinquauerat, Vrbem, annis, & honoribus onustus decesserit ciuium lacrymis dignissimus, & communi voce Pater Patriæ compellatus.

Ferrantis Carapha, & Iulij Cæsaris Caraccioli.

POësi nobilissimæ, diuinæque facultati olìm incubuere maximi Reges, Cęsares, Pontifices, rati nobilitatem, gloriamque sibi ex ea amplificari, non imminui, vt quidam imperiti, ac desides, maiorum fumosis imaginibus, & auita luce, non sua nobiles arbitrantur. Horum opinione despecta Ferrantes Carapha, & Iulius Cæsar Caracciolus Neapolitani proceres longè clarissimo, amplissimoque genere orti Poësim amplexi sunt. Longum esset, ac superuacaneum vtriusque familiæ Heroas, titulos

Prin-

Principatus, affinitates, ac dignitates summas recensere. Id tantùm attigisse sufficiat, vtramque in primis haberi Neapolitanæ Ciuitatis, quæ nobilitate Equestri par est cuilibet in Europa, sedes voluptuosa olim summorum Principum, ac Poëtarum; Musis hospita & Gratijs; Italiæ deliciæ, Naturæ matris benignissimæ amor, & cura. Ferrantes Sancti Lucidi Marchio, Iacobi Sanazzarij auita memoria vtriusq; Poëseos antistitis vestigia sectatus, politiori literatura nobilis, apprimè cultus, & cultor optimorum Hetruscæ linguæ Scriptorum in cunctis ingenij foetibus dignoscitur. Hic multa, & omnigena carmina orationibus, & epistolis ad cunctos Christ. Reipub. Principes sociata edidit, vel continentibus distractus negocijs, atque curis publicis æquè, ac priuatis, prudens Dynasta, & Aulicus, & Academiæ Serenorum inuentor. Iulij verò sonecti pauci, sed elegantes, eruditi, faciles, ac numerosi, quibus Petrarcam imitari videtur, extant intèr flores illustrium Poëtarum àb Hieronymo Ruscello collectos, cuius, vti Scriptoris eruditi, iudicium minimè contemnendum, est nobis, vt honorificum Caracciolo. Siquidem dulce, & decorum est non mori totum, sed viuere busto superstitem in albo præcellentium virorum.

Lelij

uis ingentibus præmijs àb instituto deduci potuerit Octauij Farnesij vim, & Purpurati Senatus iussa contemnens. Tàm præclarum facinus, & Summi Pontificis, & nobilium Historicorum præconia promeruit.

Demùm innumerabilium ferè meritorum agmine stipatus in id auctoritatis, ac existimationis fastigium imperante Paulo IV. euectus est, vt Romæ penè Arbiter, Moderator vniuersæ nobilitatis àd ipsum confluentis post seruatam àb insidijs Albæ Ducis, qui cum exercitu maximè numeroso clàm propinquauerat, Vrbem, annis, & honoribus onustus decesserit ciuium lacrymis dignissimus, & communi voce Pater Patriæ compellatus.

Ferrantis Carapha, & Iulij Cæsaris Caraccioli.

POësi nobilissimæ, diuinæque facultati olìm incubuere maximi Reges, Cęsares, Pontifices, rati nobilitatem, gloriamque sibi ex ea amplificari, non imminui, vt quidam imperiti, ac desides, maiorum fumosis imaginibus, & auita luce, non sua nobiles arbitrantur. Horum opinione despecta Ferrantes Carapha, & Iulius Cæsar Caracciolus Neapolitani proceres longè clarissimo, amplissimoque genere orti Poësim amplexi sunt. Longum esset, ac superuacaneum vtriusque familiæ Heroas, titulos

Prin-

Principatus, affinitates, ac dignitates ſummas recenſere. Id tantùm attigiſſe ſufficiat, vtramque in primis haberi Neapolitanæ Ciuitatis, quæ nobilitate Equeſtri par eſt cuilibet in Europa, ſedes voluptuoſa olim ſummorum Principum, ac Poëtarum; Muſis hoſpita & Gratijs; Italiæ deliciæ, Naturæ matris benigniſſimæ amor, & cura. Ferrantes Sancti Lucidi Marchio, Iacobi Sanazzarij auita memoria, vtriuſq; Poëſeos antiſtitis veſtigia ſectatus, politiori literatura nobilis, apprimè cultus, & cultor optimorum Hetruſcæ linguæ Scriptorum in cunctis ingenij fœtibus dignoſcitur. Hic multa, & omnigena carmina orationibus, & epiſtolis ad cunctos Chriſt. Reipub. Principes ſociata edidit, vel continentibus diſtractus negocijs, atque curis publicis æquè, ac priuatis, prudens Dynaſta; & Aulicus, & Academiæ Serenorum inuentor. Iulij verò ſonecti pauci, ſed elegantes, eruditi, faciles, ac numeroſi, quibus Petrarcam imitari videtur, extant intèr flores illuſtrium Poëtarum àb Hieronymo Ruſcello collectos, cuius, vti Scriptoris eruditi, iudicium minimè contemnendum, eſt nobis, vt honorificum Caracciolo. Siquidem dulce, & decorum eſt non mori totum, ſed viuere buſto ſuperſtitem in albo præcellentium virorum.

Lælij Mancini in almo Gymnasio Patauino Legum professoris.

PARTHENOPE nati veniunt, quos gloria nutrit
SIRENVM modulis, nectare Apollineo.
Sic parit illa duos, crescunt virtute gemelli,
Sic alit illa suos, sic facit illa viros.
Musæ dulce decus dant cantu Parthenopæum,
Musæum SIREN fundit àb ore melos.
Quam dignus Lauro, quam Phœbo CARVS vterq;
Et patriæ, & generis nomen, & acta probant,

M. Antonij Columnæ.

QVem verò inter Italicos auita memoria bellatores M. Ant. Columnæ præferemus? Huic Pontificium genus Princeps factionis in vrbe, orbis regina, fœtum Heroibus, Purpuris, titulis, Principatibus; Animus ingens, & planè Romanus; Militaris vigor, & prudentia excellens perenni rerum bellicatũ vsu roborata; gratia, & existimatio apud summos Principes singularis; affinitates cum Vrsinis, alijsque regulis clarissimæ, inusitatus honor triumphi; dignitates amplissimæ. Dux quippè Taleacotij, & Paleani, Magnus Regni Neapolitani Comestabilis, aurei velleris Eques, pro Rex Siciliæ,

Pontificis imperator in Selymum Orientis formidabilem Tyrannum in prælio nauali ad Echinadas ea virtutis exempla edidit, vt ingenti Barbarorum classe profligata fuerit author nostræ Victoriæ in omnem posteritatem omnium gentium literis, atque linguis prædicandæ. Hinc non vnam coronam ciuicam, at millenas promeritus, qui tot Reipublicæ Christianæ ciues àb intolerandæ seruitutis catenis vindicatos immortali beneficio seruauit, Romam ingressus prisco Imperatorum triumphantium more, præda, & exuuijs hostium, nobiliumque captiuorum agmine præeunte singulari totius populi confluentis lætitia, plausuq; exceptus opima spolia Pio sacrorum Regi, & Purpuratis patribus in Regia Constantini aula assidentibus detulit, in quibus excellebat Acmates, & Maumethes filij Halis Turcicæ classis Imperatoris. Post triumphum aliquandò vniuersæ fœderatorum classi absente Ioanne Austriaco duce supremo imperauit Columna vexillum generale fœderis gestans, verùm per dissentientes ducum, principumque sententias, & moras non licuit victoriæ Christianorum maximæ fructum conceptæ olím opinioni parem comparare. Vsque adeò læthale fæderum est venenum, ac pestis indomita sociorum priuati fines raro in publici boni adeptione constantes, & ambitio bellatorum de peculiari dignitate, atque existimatione contendentium.

Angeli Gallutij.

THreijcia feruens de strage Columnius Heros
Ionio fixit certa trophæa mari.
Instabilique suos stabiliuit sede triumphos;
Et stetit in medijs celsa Columna vadis.
Horruit Alcidis geminas audacia metas;
Quam Turcæ metuant, vna Columna sat est.

Sarræ Martinengi.

CUnctarum imperij Veneti gentium ditissima, & præpotens Martinenga Marti deuota plurimos peperit Dynastas, atque ductores, quorum nonnulli fuere titulo Imperatoris insigniti. Intèr hos Sarra, cui pater Georgius Comes, & dux egregius, auus Cæsar cognomento Magnificus; ingenij mirabilis vigor, periculorum contemptus, robur somno, & labore indomitum, imperij, gloriæque militaris cupiditas. Siquidem ostendit Martinengus, quid potuerit generosi iuuenis indoles nutrita faustis sub penetralibus Henrici II. Galliarum Regis. Sacrato Diui Michaelis torque honestatus cunctis in bellis peditum tribunus; iterum imperatorium nomen obtinuit ad expugnandas arces, in prælijs, in obsidionibus, in debellandis Vrbibus interfuit viri bel-

lacis,

lacis, & inuicti laudem consecutus. Verùm in bello, quod Respub. Veneta cum præpotenti Asiæ regnatore gessit Anno reparatæ salutis 1571. Iacobo Malatestæ Turcarum captiuo nuper Epyri, atque Ascriuij Militiæ Præfecto succeßit ab infausto duce infœlix omen accipiens; Martinengus enim Gubernator Generalis Epyri fortitèr sustinens Acamatis Bassæ, & quindecim millium Turcarum impetum, atque à Mœnibus Olchinij sua, & oppidanorum, & militum virtute submouens; pinna mœnium decussa hostili tormento ruina ferè obrutus est, ita ut sensu linqueretur; hinc tantùm trepidationis propugnatorum animis est iniectum, vt classe Turcica in Vrbis conspectum prodeunte vnà cum Hieronymo Venerio Prętore deditionem facere coactus sit, honestißimis tamèn conditionibus. Insequenti anno Sarra quinque peditum millibus acceptis ad oppugnationem Neocastri ad Rhizonium sinum mittitur irrita fortitudine sua, Syllæque fratris, & aliorum ducum; nàm confluentibus vndique Turcis longè impar viribus, strenuum post certamen re infecta discessit. Militans denique Gallis minori tormento, an fulmine? ictus sub Sciarite occubuit ingenti cum dolore Galli regnatoris, qui splendidißimo, ac regio planè funere carum sibi caput ereptum exornauit. Viuat igitur Sarra Scriptorum monumentis posteritati commendatus ad generis, patriæque nobilißimæ ornamentum.

G 2 Fran-

Francisci Rouai.

OBrutus ingenti Pinnarum fragmine Sarra
Occidit, exoriens acrius inde fetit.
Sic tonat Enceladus, semiustaq; pondera montis
Discutit, & rabido concitus igne furit:
Sydera diffugiunt Cœlo, Sol turbine pallet,
Horret & occiduis languida Luna comis.
Sed pius iste Gigas Lunam dum fulmine quassat,
Sol geminat Fidei clarus in Orbe diem.

Clem. Ioannicij, & S. Simonidis.

AMplissimum Poloniæ Regnum dignitate præpotentum Senatorum, & bellica gloria inclytum immortalia complurium Poëtarum ornamenta commendarunt. Ex his Clemens Ioannicius, & Simo Simonides: vtrique ferè par ingenij, ac eruditionis omnigenæ præstantia; cum eruditis proceribus amicitia, honor à summis Principibus acceptus. Clemens Petri Kmkhæ Palatini Cracouiensis æquissimi patroni beneficio Apollinarem coronam à Maximiliano Primo Cæsare non sine honorificentissimo Elogio impetrauit. Regum Polonorum vitas Elegiacis versibus eruditè perstrinxit, quas Thomæ gratus inscripsit, necnon libros Tri-

stium,

ſtium, Arithmeticam, Elegias, Epigrammata, & Poëmata varia Præterea inſtinctu Andreę Cricij Eccleſię Metropolitanæ, ac Regni Poloniæ Primatis Archiepiſcoporum Geneſneñſium vitas conſcripſit.

Simonides verò Philoſophia, & politioribus artibus in Academia Cracouienſi nobilitatus Italiam petijt, vbi à Clauio, Vicelleſcio, Mureto, Molina, & alijs maſculæ doctrinę fontibus vberrimam hauſit eruditionem. Hinc ſibi conciliato nobilis Herois Ioannis Samoſcij amore, atque patrocinio ampla beneficia in Principis aula conſecutus eſt. Hinc à ſupremo Chriſt. Reipub. Moderatore Clemente VIII. Pontif. verè Maximo phœbęum diadema obtinuit, eò quod vnus penè magni Lipſij ſententia ęquales Poëtas plerumque triuiales, non phraſi tantùm, & numeris, at multiplici ſcientiarum cognitione, ſolidæque eruditionis pondere ſuperarit. Multa, & diuerſa carmina, qua Sarmatico, quà Romano calamo fœlicitèr exarauit obliuionis domitor, & candidatus immortalitatis.

Lælij Mancinij.

EN Poli Vates reſonant Poloni,
Muſa quos Cælo beat alma; certant
Nobiles cantu, meritiſq; Clemens,
Simonideſque.

Ille dum plectro remeare vitas
Imperat Regum, Procerumq; diuis
Proximus turget, cui serta nectunt
Laurea crines.
Regijs alter veneratus Aulis
Corde præcelsos reputans triumphos,
Induit Phœbi diadema sacrum
Auspice Petro.
Intonant lauri, geminaque fronde
Constrepit virtus; sonat inde totum,
Laurus vt laudis crepitauit igne,
Fama per Orbem.
Sic suum Phœbo decus, atque Musis;
Sic suum Vati precium laboris,
Quem docet longas vigilare noctes
Gloria, nomen.

Io. Bapt. Guarini Equitis.

NVlla Italiæ Ciuitas, vna excepta Florentia, quæ pretèr alios complures, non paucos Laureatos Vates edidit, Ferrariam magnis proceribus inclytam numero illustrium Poëtarum antecedit. Siquidem (vt prætereamus Titum, Herculemque Strozzas, Thebaldeum, Calcagninum, Bigum, Pignam nobiles Latij cultores) cernimus in Etruscæ Poësis prato amœnissimos veluti flores, è quibus immortalem Italiæ coronam texere licet,

Areoſtum cum Boiardo; cum Gyraldo, & Hungaro Bruſantium, Gualengum, atque Guarinum. Hic acris ingenij fœlicitate nobilis egregios ſonectos, & elegantes verſus, qui vulgo Madrigali compellantur, aculeatis finibus claudens palmam in huiuſmodi carminibus meruiſſe tunc videri potuit æquo rerum æſtimatori. Nominis tamèn immortalitas illi contigit ex Paſtore fido Tragicomœdia, qua Theocriti, Virgilij, Sannazarij, ac Torquati Taſſi paſtoralem auenam adæquauit inuidiæ, atq; obtrectationis domitor, ac triumphator. Scilicèt huic Poemati par haud facilè inuenies, cum principem in hoc genere ſedem occupauerit Guarinus præſtantiſſimorum Poetarum famam conſequutus. Stylum fortè pulcherrimum iudicabus, niſi minùs pulcrum, quod nimis pulcrum aliquandò; ſententijs maximè creber, in excitandis affectionibus efficax, in explicatione rerum excellens, numerorum dulcedine auribus ingenioſè blanditur.

Nota 1. *Nulla Italiæ Ciuitas (vna excepta Flor)*

Ne quis à me aliquid datûm Florentię, aut Ferrarię putet, legat notam in Coroll. poet. pag. 82. & Lilium Grę. Gyraldum de poetis noſtrorum temporum Dialogis, in quibus non paucos Florentinos, & Ferrarienſes poetas, ſeque ipſum celebrat, & gentiles Cynthium Ioan. Bapt. & Flauium Antonium: eoſque à me in Elogio nominatos, pręterea Hyeronim. Caſtellum, Curium Lancilottum Paſium Laurea

 inſi-

insignitum, Cęsarem Morum, Gabrielem Areostum Ludouici fratrem, Iacobum Sebetium, inter sodales Canonic. S. Seruatoris, Iacobum Actiolum, & huius filium Archelaum, patremque Petrum Antonium, Guarinos, aliosque Herculem II. Estensem Principem Ferrarię, &c. qui ab ipsa infantia carmina scribere solebat, ex cuius cubiculis exiuere duo non indigni, vt cum poetis connumerentur Augustinus Mustius, & Nicolaus Bendideus.

Rodulphi Campeggij.

Bononiam fertilitate soli, edium amplitudine, Sacris Reipublicę Christianę Principibus, Equestri splendore, doctrinę titulis gloriosam Etrusca poësis hoc æuo illustrauit florentem alumnis Apollinaribus, Rodulpho Campeggio, Hieronymo Preto, Claudio Achillino, Cæsare Rinaldo. Rodulpho Comiti genus Romana purpura, & sacratis infulis maximè florens magnam claritatem attulit, at longè maiorem nobilissimus ingenij fœtus Philarmindus Fabula pastoralis. Huius peripetiæ planè mirabiles, atque optimus rerum contextus. Nec desideratur præcipuum poësis decus πάθος

Choros plerique laudibus extollent, præsertim secundum qui sanè pulcherrimus est.

Stylus in vniuersum elegans salutaribus præceptis armatus, acuminibus sententiarum ingenij verè poëtici vim igneam exprimit, quam iudicij grauitas

uitas prudentèr temperauit, itaut in opere suis numeris absolutò nihil ferè carpas, nihil desideres.

Hoc septies editum, atq; ornatum venustula Auroræ Fabula inter actus decantanda illustri præconio docti Achillini, Magni Marini, & aliorum Poëtarum (hæc germana laus, & fœlicitas est nobilis Scriptoris) inclaruit.

Neque verò contentus ea gloria Campeggius ingenium ad omnem poësim habile à natura consecutus suprà Italiam Epithalamium de regijs nuptijs Victorij Amadei tunc Principis Pedemontani, & Christianæ Ludouici Regis sororis.

Tancredum Tragœdiam Sophocleo nobilis Cothurno edidit, ac Poëma de Virginis Deiparæ luctu, quę tùm sonecto, cum epistolis à celeberrimo Grillo celebrantur.

Elogij de Rodulpho Com. Campeggio tantùm non Paraphrastica Ode. Franc. M. Gaddij Flor. è Soc. Iesu.

ALumna Legum, Mercurialium
Mater virorum magna, Bononia,
Solo decora liberali, &
Regificis operosa tectis.
Te Vaticani fascibus Imperi,
Et Purpuratis ambijt infulis.

Togata

Togata virtus, te recingit
Martis amans Equitum corona.
Neque ipse lauros haud violabiles
Apollo fronti pernegat arduæ;
Sed serta profusus ministrat,
Et solidas Helicone frondes.
Quid eruditum testor Achillea
Lyra potentem, non secus ac Phryges
Argiuus heros in fugaces
Ambiguam iaculauit hastam.
Quid seù Rinaldum, seù Pretium canam,
In ora quorum tota ruit Charis,
Queis mille frontem laureatam
Impediunt placidè coronæ?
Vnum canoris artibus inclytum,
Ditemque vocum melle liquabili,
Campeggium sydus, Rodulphum
Calliope memorat canendum.
Salue parentum gloria grandium,
Pars luculenti sanguinis optima,
Et patrios super nitores
Sol melior generis vetusti.
Non tu verendam progenitoribus
Lucem latini muricis inuides:
Non infula mentem, aut Quirino
Lana mouet saturata cocco.
Nec laureatæ stemmatis anchoræ,
Nec sceptra dextris tradita Martijs,

Op esuè maiorum, aut potentes
Magnam animam tenuere fasces.
Virtutis ampla dote decentiùs
Nempè enitebas: Iactet opes patrum,
Cui curta virtutum supellex;
Laudis inops, decorumque census.
Nigras parentum laudat imagines,
Qui luce nulla de proprio micat,
Cui nulla virtutum est imago,
Nec species animo decori.
Tu, quem beatis conditionibus
Æther secundo nectare lacteus
Exemit è vulgo, chorisque
Indigetum sociauit aureis.
Quamquam tuorum necradijs cares,
Tamèn parentum lumine non eges,
Ostrumque compensas auitum
Laurigeris grauior coronis.
Quin bellicosis sceptra Vgolinijs
Tractata quondam Martia pectine
Mutas eburno, Phœbadumque
Iura doces numerosa plectro.
O quale plectrum? tale sub Ismarum
Inseuit ornis sensa loquacibus;
Amphione auritos canente
Tale, reor, lapides coegit.
Ingens Etrusci gloria carminis,
Et temperatæ norma Poëseos

Testis

Teſtis Philarmindus, canoræ
Dulce decus, columenque ſyluæ.
Ille, & decoris integer artubus,
Rerumque nexu continuò valens,
Succoque plenus, & lepore
Stat ſolida fabrefactus arte.
Quam ſæpè, triſtes dùm pauet exitus,
Turbam Poëſis mobilis inſciam
Euenta non ſperata fallunt,
Et lacrymas cohibet voluptas.
Quam ſæpè feſtos flebilibus modos
Mutat quærelis, omine dum bono
Plauſum precantes nuptialem,
Funera, perniciemque verſant.
Ille, aſperatis, aut feriat iocis,
Aut ore blandus commoneat graui,
Quam malit in partem, retorquet,
Cumque oculis animos coercet.
Ex ore ſermo Neſtoræe fluit
Compar Mineruæ, Gratia quæ choris,
Aut quanta maieſtas, & omnem
Quanta colit ſpecies poëſin?
O vatibus, Campeggie, cœteris,
Maior, vel alto plenus Apolline
Regalibus ſiſtas amantem
Italiam thalamis miniſtram,
Vel Pana ſoccis exhibeas pigris,
Vel lacrimoſos celſior induas.

Ad fata Tancredi cothurnos,
Vel placeant humiles auenę.
Vni tibi impar, cum melioribus
Molitus ausis sacra Viraginem
Terrisque regnantem, atque Olympo
In lacrymas memoras euntem.
Rodulphe, hic vnus par tibi erat labor,
Vt, qui Italis præcurris oloribus,
Heroas antegressa centum
Vna foret tibi Virgo Clio.

Traiani Boccalini.

IN Traiano Boccalino Ciue Romano enituit Hermathena multiplicis eruditionis, & orbiculata illa series omnium scientiarum, quam Græci appellant Encyclopediam. Inter has excellebat Politices cognitio singularis; hinc Traianus sal omnis eruditi conuentus, & spirans liber Principibus, ac senatoribus editus. Lingua, calamoque liberior, quàm ferret æuum adeò seruum. Ridens plerumque verum dixit, seriò pupugit ludens Boccalinus in orbis theatro satyrus palliatus acuminibus, & salibus facetiarum callidè temperans grauitatem sententiarum. Complura opera immortalitati consacrauit, quibus censura delapsi præsens tempus damnabat pæna mortuorum culpas viuentium flagellans. Prudenter ille quidem, si generatim

sem-

ſemper ſcribens peperciſſet ſingularibus, quos aliquandò tenui, atq; perſpicuo velo potiùs ornatos, quàm tectos laceſſiuit. Hunc facilè poterat euitare ſcopulum, vtpotè qui non ageret hiſtoricum, quem volumus intrepida fronte, liberaque prorsùs lingua vni veritati inſeruire. Siquidem fuiſſet ſatius edere, vt agnam innocentem, quàm dentibus caninis non ſemèl armaſſe veritatem. Huius ſedes corruptis rerum nominibus cathedra peſtilentiæ nuncupatur. Illa, vel pulcherrima Matrona turpiſſimos filios parit odium, ac pænam; immodica verò libertas in præceps rapit Scriptorem, qui aliquando viduatur ipſe vita, quàm libro parit. Mundus, qui potiùs vitia, quàm remedia fert, cenſorem non patitur, aut magiſtrum; leones verò fidelium canum ora, vel iure latrantia deſpiciunt, aut diſcerpunt.

Ode Balduini Dereſici.

GAudij ſalue generoſa proles,
O ioci, ò riſus, odij creauit
Vos parens hoſtes, comitaſque dulci
Iunxit Amori.
Miſta Muſarum ſacer, atque Phœbi,
Ritè TRAIANVS propriam dicauit
Coniugi vobis face veritatem
Alite dextro.
Veritas riſum ſocians, iocumque

Pro-

Prodeat, quamuis placitura nulli
Prodit, at cunctis fugienda latè
Præpete nisu
Veritas aulis inimica Regum,
Grata nec plebi nimis obsequenti
Regibus, splendens caput inter alta
Nubila condit.
Mentis ò sudor lacrima, ecquid ora
Non rigas semper? licet an supremum
Seruiat recti studium, Tyrannis
Sæua vbi regnat.
Namque TRAIANVS modò veritatem
Reddit inuitis, odiumque amari
Cogit, hoc vno memori per æuum
Laude ferendus.

Henrici Caetani Cardinalis.

VEteri potentia, & splendore Romanas inter, ac Neapolitanas gentes floret Caetana stirps Bonifacio VIII. Pontif. doctissimo, & cum hoc decem Purpuratis (ad hunc numerum vix septem in vniuerso terrarum orbe familiæ peruenere) alijsque Principibus viris, nec non affinitatibus, titulisque clarissimis inclyta. Huius lumina penè innumerabilia silentij nube inuoluam, vnicum indicare contentus, scilicet Henricum Rom. Senatus ornamentum.

Is Nicolai Cardinalis Sermonetæ præsignis è fratre Bonif. Sermonetæ Duce nepos, Abbas, vtriusq;

Signa-

Signaturæ Refer. Alexandrin. Patriarcha Purpuræ decorem amplificaturus Purpuram accepit à sacro Reip. Ch. Dictatore Sixto V. amplissimum Camerarij munus, Legationem Bononiensem, & Gallicanam. In hac virtutis heroicæ monumenta sacrauit immortalitati, Legatus enim pro componendis Catholicæ Religionis rebus in illo Regno tunc labantis, nouoque Rege post Henrici III. obitum miserè trucidati eligendo, interregni durissimo tempore, sæuiente bello, vitæ, salutisque oblitus cum Lutetia Parisiorum validissima obsidione pressa rerum omnium caritate laboraret, Princeps animi verè Romani non solum omnem pecuniam priuatam liberalissimè profudit, sed etiam argenteam supellectilem egenis totam diuisit. Tertiam Legationem, vt alijs in Regnis tanta virtus enitesceret, gessit in Polonia nomine Clementis VIII. sapientissimi Pontificis, vt fædus in Turcas feriret. Qui Barbari tyrannidem conabatur demoliri molitus est pulcherrimum Deo nascenti Sacellum, ac Templum D. Pudentianæ vetustate absumptum & collabens instaurauit, ornauitque ornanda magnis laudibus magnificentia.

Inerat in Henrico excellens ingenium, animi amplitudo heroica; mores, candor, comitas, quam comitabatur gratia, & auctoritas, quibus domi, forisq; præstitit. Tantum Heroem quinquagenarium mors abstulit importuna, cuius gloriæ fuerunt hæredes posteri, quos inter Cardinales tres magni nominis.

Comi-

Comitis Guidi Baldi Bonarelli.

ETrufca lingua germanę dulcedinis prȩrogatiua, & nouis vſque luminibus inſignita latinam cùm Lyricis carminibus, tùm Fabulis meo iudicio prorsùs adæquat. Poſſem hic explicatis Elogij alis extollere Petrarcã,& alios,à quibus æquatur:

Romanæ fidicen Lyræ.

Poſſem ſupra nobiles aliquot Tragœdias, referre innumerabiles penè Comœdias, quarum non paucę videntur elegantes, & abſolutæ ad inuidiam externorum, ad plauſum poſteritatis. Liceret commemorare Boccaccij Decades, Blondi Heromenam, aliaque id genus, quæ Poëticis vel ſoluta numeris Fabulæ ſunt commendatione non indignę. Diuinam verò Dantis fabulam multiplicis doctrinæ, atque inuentionis vbertate; vi affectionum dominatrice; iudicio in pœnis, & purgantibus, & vltricibus adſignandis; ęnargia, præſtantia allegoriarum planè ad mirabilem quis inficiabitur? Accedunt recentium ingeniorum gemini fętus, velut Hermaphroditi Poëtici, Fabulæ paſtorales ex Tragica, & Comica permixtæ. Inter has de ſupremi honoris ſolio certare videntur adhùc ambigua victoria Paſtor fidus Guarini, Taſſi Amyntas, Phillis Sciri Comitis Bonarelli. Hac nullam è Latinis fabulis me legiſſe memini ſuperiorem inuentionis præſtantia, varietate caſuum, con-

textu rerum; solutione nodi vindice digni, aureoque peripetiæ insignis, & agnitionis nexu. Fabulam hanc, vti excellentem ingeniosis linguarum fulminibus petitam tutatus est author eruditæ linguæ clypeo, qui nobilissima in Academia Intrepidorum habitis dissertationibus, Doctis, Iuppiter, & laboriosis geminum Amorem Cæliæ non temerè fictum defendit, atque validis rationibus confirmauit. Non falsò igitur inter præcellentes Italiæ Poëtas relatus Apollinis Comes Bonarellus in Hermathæna Marini fato superstes vitam haurit nesciam mortalitatis. Siquidem poësis Numinis immortalis filia, tùm suis alumnis, cùm patronis immortalitatem parit.

Hieronymi Bartholomæi.

SEptem Mæonides certantes reddidit Vrbes,
 Illum dum iactat quælibet esset suum;
Tu facis Aonias studijs contendere Musas,
 Dilectus cunctis dum Bonarelle canis:
Te petit Euterpe, picto si digna cothurno,
 Verba Sophoclæo grandia ab ore tonas:
Carmine ludentem tenui, mimisq; Thalia
 Te decus hinc socci prædicat egregium:
Montibus, & syluis Nymphas deducit agrestes,
 Si memoret flammas Phillis amata suas.
Inter Pierides alter tu Cynthius, ille
 Diuisum tecum detinet imperium,

Ipse

Ipse in Romanos numeros sibi iura reseruat;
At tibi in Hetruscos sceptra regenda dedit.

Di Andrea Morosini.

LA famiglia de Morosini, come alcune altre Veneziane, per essere membro principalissimo della più famosa, e potente Repubblica della Christianità, è seminario di Prencipi, di Cardinali, di Generali, di Prelati, di Senatori eminenti per virtù, ricchezze, honori, e parentado reale, hà da inuidiare pochissime famiglie d'Italia, oltre a quelle de' Principi d'Altezza. Tesserebbe vna Storia, chi volesse annouerare tutte le teste segnalate del sangue Morosino, laonde mi contenterò di celebrare solamente Andrea Senator, e Storico degno dell'immortalità. Fù partorito alla luce vitale dalla Consorte di Iacopo Senatore di maniche larghe nominata Cecilia, figlia del Proccurator di San Marco Paolo Cornaro, la cui stirpe assolutamente agguaglia di potenza, e di splendore continuato la Morosina. Andrea non ancor terminato il periodo della puerizia dimostrò manifesti segni della futura gloria, poiche d'ottima indole, di costumi innocentissimi essendo apprese le due più famose lingue esercitatosi, e nel verso, e nella prosa, e nella Dialettica in Venezia, si trasferì all'Italica Atene Madre di Venezia, e nutrice della sapienza per adattarsi più

facilmente l'ali di Platone, doue dimorando lungamente abbracciò la Geometria, la Musica, e l'altre parti della Matematica, e della Filosofia. Di questa i due lumi immortali Francesco Piccolomini, e Iacopo Zabarella emoli, e principi di fazzione litteraria parimente amò, ed osseruò.

Ma infastidito dalle scienze humane, colle quali non haueua sodisfatto al natural desio di sapere, tutto si diede alla lezzione de sacri Teologi, massime antichi, dalla quale affermaua di beuer vnitamente pietà, lettere, & eloquenza.

Vsaua moltissimi detti arguti, e giocondi, essendo di natura sommamente affabile, piaceuole, ed offiziosa, onde non è marauiglia, se alla sua casa in Venezia concorreua gran copia di persone studiose à lui con amicizia virtuosa congiuute. Datosi di 25. anni al gouerno, quasi politico Gigante arriuò a' sopremi gradi, essendo notabilmente stimato, ed honorato da quella Repub. certo gloriosa conoscitrice, e rimuneratrice de Gentilhuomini letterati, li quali à gl' imperiti suole meritamente anteporre.

Aspirando generosamente all'eternità della Fama propria, e della pubblica compose, oltre alcune Operette, la Storia Veneziana diuisa in molti libri abbracciando i più notabili auuenimenti all'Europa, e all'Asia nel passato secolo succeduti.

Non si trouerà, tra' moderni almeno, Istoriografo latino più copioso, e diligente, e graue, nè che

discor-

discorra meglio de gl'intereſſi della Republica, e de Principi del Moroſino, ilquale merita di eſſere chiamato, a guiſa del Gran Tito Liuio Padouano al mio parere Idea di nobil Iſtorico, Latteo fiume di eloquenza Romana, veramente marauiglioſa in vn Senatore profondo in molte ſcienze, e ne maneggi pubblici occupato.

E' dunq; immortale l'obbligo, che le tiene la Nobiltà Veneziana, eſſendo immortale il benefizio d'hauer illuſtrato con eloquenza illuſtre l'operazioni, e grandezze di quella Fù publicamente pianto, benche ſepolto con eſſequie priuate, coronato il capo di laurea verginale, più glorioſa de regali diademi, hauendo queſta meritato per relazione del ſuo Confeſſoro, coſa mirabile in vna Città delizioſiſſima, doue regna Venere figlia dell'acque ſalſe, anzi tante Veneri, quante donne di ſquiſita bellezza iui à marauiglia riſplendono.

Fù honorato di nobili Elogi dalli amici, infrà i quali Monſignore Luigi Lollino Veſcouo di Feltre ſodisfece all'obbligo dell'amicizia con diuerſe Poeſie, e col deſcriuere la vita del rapito amico con eſemplare carità, e con eloquenza memorabile.

Ode del Sig. Caualier Guido Casoni.

SOn luminosi i pregi tuoi diuini,
Auuenturosa Historia,
Hor che'l gran Morosini
Adorna te di gloria;
E tu co'l tuo splendore
Dai luce al Mondo, & hai dal Mondo honore.
De l'opre grandi, e de l'eccelse imprese,
Tu de secoli andati
Relatrice cortese
Mostri sdegni ben nati,
Arme, Insegne, e Guerrieri,
Regni distrutti, e rinascenti Imperi.
Tu le cose passate fai presenti,
E i gloriosi gesti,
E lugubri accidenti
De l'huomo, manifesti:
E co'l tuo dir facondo
Se' la maestra vniuersal del Mondo.
Quasi in nobil teatro, hor lieta, hor mesta
Frà le gioie, e frà i mali,
La Fortuna hor funesta,
Hor felice a' mortali
Rappresenti, e co'l saggio
De l'incostanza sua fai l'huomo saggio.

I con-

I consigli de Grandi, i fuchi, e l'arti,
Che di vasto desio
Son vastissimi parti
Tu ritogli à l'oblío,
E quasi larue, e mostri,
Ne la piazza de' secoli dimostri.
Se' della Verità madre, e custode,
Specchio, ministra, e amica,
Tromba di vera lode,
De la morte nemica,
Poiche immortale auuiui
I morti, e i rendi ne la gloria viui.
Se' de l'Eternitade emula ardita,
Lingua de l'eloquenza,
De fatti illustri vita,
Occhio de la prudenza,
Spirito de gli honori,
Gran premio à la Virtù, pena à gli errori.

Ioan. Barclaij.

NVllum facilè recentiorum opus eo exceptum est eruditæ cateruæ plausu, quo Argenis ad inuidiam Italorum, & admirationem suspicienda. Hæc stylo exarata solido, politicis documentis, & singularibus elocutionis formis radiante, quem torosa, & grandia carmina intertexta nobilitant, vnicum authorem declarat Ioannem Barclaium æqua-

lium ingeniorum amabile portentum. Hoc glorientur Scotia, cuius prænobile genus Barclai; Gallia, in qua vitales auras lucis hausit; Anglia, vbi gratia, & existimatione floruit, maximèque apud Regem, à quo intèr nobiles regij cubiculi adscitus insignia munera obtinuit, renuitque oblatas dignitates fœlici mediocritate contentus:

Roma demùm, quæ à tribus Summ. Pontif. ornatum aluit complexa viuentem, & lacrymata ereptum importuna morte, quę Musas, Remq; pub. literariam tanto columine, ac lumine orbatam diuturnis mœstitiæ tenebris inuoluit. Siquidem ingenti eruditorum fraude per mortem non licuit Ioanni absoluere Historiam Europæ, & Reformationem Euphormionis. Historiam elucubrarat de bello sacro, quod Tassus æternis carminibus expressit in Gothifredo. Admirabili prorsùs celeritate in scribendo fœlix Barclaius itaut Argenidem paucis mensibus perfecerit. Hanc trãstulere Gabriel de Coral in Hispanicum; in Italicum idioma Carolus Antonius Cocastellus, & Franciscus Pona Veronensis Academicus eloquentia, doctrina, varietate operum ingenij feracissimi conspectus.

Virginij Cæsarini.

NON rectè sentire quosdam, qui mundum veluti senescentem virili vigore deficientem

maio-

maioribus æquandos gignere negant eruditos, declarauit suprà æquales alios Virginius Cæsarinus Romanorum procerum eruditissimus. Hic gentilitiæ amplitudinis ornamenta infra se posita despiciens, genus Purpura, dominatu, ac titulis clarissimum iubare, augustiori ornaturus ad supremum literariæ gloriæ fastigium expeditis itineribus contendit. Adolescens igneo vigore cælestis ingenij abreptus omnigenæ Philosophiæ iuga superauit, peramœna illa quidem rerum varietate, sed incertæ aliquando semitæ difficultate ardua. Syluas legum sacro quodam horrore verendas, & senticetis asperas, & instar labirynthi pedes, oculosque ambage viarum fallentis inextricabiles penetrauit, frondes è ramis densissimis excerpens docti præmia verticis, quibus adolescentiam coronauit.

Neque verò contentus Philosophia, quæ vnò rerum speculatu definitur, chimicæ artis stillationibus incubuit, vt admirabiles omnibus, incredibiles multis metamorphoses simplicium, & imperfectorum corporum oculatus testis spectaret ipse virtutem effectricem subiectis ritè dispositis solertèr applicans. Longè preciosissima instructus eruditionis supellectile carmina excellentia concinnauit, itaut àb egregio scriptore Miraculum Italiæ compelletur. Sed omnis instar Elogij sit præclara de Virginio vox Cardinalis Bellarmini testis, non tàm Purpura, quàm doctrina, & sanctitate venerabilis, qui Virgi-

nium

nium Pico Mirandulano literatorum Phœnici omninò parem esse pronunciauit.

Bellarmini hortamento de animi rationalis immortalitate opus Christ. Reipublicę beneficio aggressus est, argumenta, & rationes è Theologia, Philosophia, Historia, tanquam è præcipuis fontibus deriuare doctus. Siquidem scientiam (vt Christianum Philosophum decet) ad Religionem dirigebat humanæ arbitram, & moderatricem sapientię. Hinc varijs virtutibus inclaruit liberalitate ergà literatos, morum innocentia, vitæ integritate, nobiliq; tolerantia morbi læthalis, quo non paucos annos in mortis limine constitutus laborauit. Illum conceperat laboribus, ac vigilijs literarijs, quæ corporis delicatioris (hæc sedes est plerumque nobilioris ingenij) temperamentum debilitauerat, fato nimis properanti obnoxium. Virginius quippè sextum lustrum vix excedens decessit, ac triste sui desiderium relinquens meruit luculentissima Gottifredi, & Mascardi Oratorum præconia, & Academiæ celeberrimæ Humoristarum, quam Princeps illustrauerat, & S. P. Q. R. in Capitolio triumphis Imperatorum deuoto iusta, expetendum sanè Regibus honorem. Meruit, & lacrymas summorum capitum ideò non lacrymabilis, quòd lacrymabilis.

Ghe-

Gherardi Saraceni Equitis, & Abbatis.

PArrhasij tabulæ, ſpirantiaq; æra Myronis,
Saxaque Praxitelis parcam habuere ſuam.
At, quæ Virginij depingit pagina mores,
Oraque, Perſephones negligit vſque minas;
Scilicèt hæc ſemper manſurum Hyperiona cernet,
Grande & inocciduæ lampadis inſtar erit,
Namq; magìs rutilat, quod gignit mens tua, Gaddi,
Quàm, vel Dædalei doctum opus artificis.
Ergo Virginij tumulus, quem laudibus ornas,
Fulgere qui poterit nobiliore face?

Angeli Grilli.

LIguriæ princeps Ianua deuictis Regibus, diffuſo per orbem dominatu, nauali gloria olím inſignis; nunc ædium magnificentia, & familiarum titulis, opibuſque clara nobilium Scriptorum decus minimè deſiderat. Horum maximè celebris Abbas Angelus Grillus Pauli Ciuitatis Seuerianæ (huic Montis ſcaglioſi nomen vulgarè) Dinaſtæ frater, tertiùm generalis Præſidens Congregationis Caſſinenſis, multiplicis eruditionis opibus florens multiplicia carmina lucubrauit, quorum volumen tripartitum Bergomi an. 1589. lucem hauſit eruditorum cōmendatione digniſſimum. Huic elocutio perſpicua, & ſplen-

ſplendida varijs cùm verborum, tùm ſententiarum luminibus, adeſt præcipua Poëſeos pars inuentio, præſertìm Rhythmis Moralibus, quibus appoſuitargumenta Iulius Guaſtauinus.

Synceri verò cordis candor, ac pietas Angelo digna in ſacris verſibus,& in lacrymis Pœnitentis conſpicitur. In hoc opere nonnullos Regij Vatis Pſalmos luculenta Paraphraſi amplificans Ethruſcis verſibus expreſſit, optimo ſanè conſilio, quid enim ſunt Pſalmi, niſi Hebreæ cantiones Pindaricis, & Horatianis Odis longè nobiliores, in quibus eloquij verè Poëtici maieſtas, incomparabiljs vis ætherei ſpiritus, ac ſententiarum diuinitas prẹfulget? Edidit verſuum volumen, Pios Affectus inſcriptum, quod auctum, ornatumque nuper Vrbano VIII. Religionis, ac Poëſeos Dictatori conſecrauit. Epiſtolas verò exarauit elegantes, eruditas, acuminibus ſententiarum nobiles, quarum tria volumina typis impreſſa extant.

Sacra Grilli carmina Claudius Monſuiridis Muſices antiſtes Venetijs clariſſimus harmonicis numeris deuinxit, ſcilicèt, vt auguſta Poëſis Muſica ſorore plaudente in Monte viridi, velut Parnaſo excelleret obliuionis triumphatrix. Solidiorem verò gloriam magnus Taſſus, omneſque ferè huius æui Olores, atque Syrenes fauſtè canentes canoro Grillo peperere.

Antonij

Antonij Quarenghi.

ANtonius Quærenghus Presul Poëta insignis ornat hoc sæculo vetustissimum Patauij Ciuitatem Gymnasio Italiæ clarissimo, magnisque Scriptoribus æquè, ac vbertate agri, & amplitudine ædificiorum illustrem. Veterum optimorum imitator magna fælicitate, vel senex elaborat Exametros, Elegos, Epigrammata, Odas. Inter has ea, cuius initium, Iam victor ortus; inter Epigrammata, Mendacis; inter Exametros (vt mihi videtur) excellunt his titulis inscripti, Genethliacus de diuinatione ex astris; Gregorianum in Vrbe Roma Collegium, in quibus nobilioris doctrinæ masculus ornatus; numerosa maiestas Lepore temperata; Romanæ linguæ candor, ac perspicuitas, quæ virtus elocutionis est. In Ethrusce verò Poësis theatro augusta Petrarcæ, & Casæ vestigia ad nominis æternitatem impressa sectatus adhibet stylum ornatum quidem, at moderatè, ac verecundis translatis doctus à Principe Peripateticorum, & à Romano Demosthene, verecundam esse debere translationem, vt deducta esse, non irruisse videatur. Huius primum vitium, in quod non pauci recentiores petulante ingenio delabuntur, scilicèt dissimilitudinem euitat Quærenghus eruditionis iuxtà, ac ætatis maximæ prærogatiua spectabilis, itaut non falsò à præcipuis

huius

huius æui Scriptoribus celebretur, Apotheosim, vel incola terrarum prælibans. Vtinam literariæ Reip. beneficio ederentur varia, & penè innumera monumenta, quę tantus Vir Ethrusco, Latinoque stylo elaborauit. Haberent profectò humanioris literaturæ cultores aurea præcepta, quibus eloquentiam triplicem expolirent, atque perficerent. Haberent Regnorum, Rerumque publicarum moderatores firmissimum præsidium, scilicet absolutam veræ politices cognitionem. Contemplaretur eruditorum latina cohors Magni Liuij imaginem rediuiuam in Antonio Quærengo historicè referente inclyta Magni Alexandri Farnesij facinora, quę vnicum orbis fatum opprimet iisdem, quibus vniuersa terrarum moles, ignibus absumenda.

Ioannis Rhodij.

Spirat in hoc diui maiestas alta libello
Virgilij, turgent Bilbilidisque sales.
Vni larga dedit, quod vix Natura duobus,
Musis prisca redit, Romule, fama tuis.

Di Giouanbatista Strozzi.

PReparati ò penna per celebrare Giouanbatista Strozzi il Cieco, nuouo ornamento della Famiglia, colonna dell'Accademia degli Alterati, e stel-

e stella del paterno Cielo, la quale benignamente influisce doni d'erudizione alla Nobiltà Fiorentina. Questa lo Strozzi liberal dispensatore del proprio sapere hà per lungo tempo ammaestrata leggendo l'Etica, la Rettorica, e la Poetica del Gran Demone litterario priuatamente in Casa, Albergo delle Muse, dell'humanità, e de più segnalati Scrittori, e Letterati d'Italia. Lascierò l'assistenza fatta allo studiare del G. D. Ferdinando II. e de' Principi suoi fratelli, e del G. Duca Cosimo, al quale fù carissimo, si come à Ferdinando I. & à Francesco. Da questo inuitato con onorate condizioni fù dissuaso d'andare per compagno di studio, e con molta autorità appresso il Principe Andrea di Stefano Battore Rè di Pollonia nipote, che andaua à Roma chiamato al Cardinalato. Trapasserò con silenzio le molte lezzioni recitate nell'Accademia delli Alterati, e nell'Accademia Fiorentina. Nè stette l'eloquenza dello Strozzi dentro la Patria racchiusa, ma in Roma quasi teatro più ampio fece di se mostra nobilissima, hauendo quello con somma lode l'Anno 1594. prouato, che al Tragico Poema l'Eroico debba essere anteposto nell'Accademia del Cardinale S. Giorgio, & in quella del Cardinale Deti nel 1611. discorso della Superbia in modo da non esser disprezzato dalla Superbia stessa.

Hà poi meritato il titolo d'Oratore graue per le molte orazioni sopra diuersi suggetti composte, trà

le quali quella in lode della Gran Duchessa di Toscana Giouanna d'Austria è sommamente celebrata dall'eloquente Vescouo Panicarola. Merita lode d'eloquenza nella descrizzione dell'essequie del G. D. Francesco data in luce, si come vn ristretto della Famiglia de Medici volgare, e latinamente scritto per ordine di Ferdinando I. Chiamano ormai la penna le Poesie con gran felicitá dallo Strozzi tessute. Questo quasi figlio d'Apollo, e allieuo delle Muse, e delle Grazie fanciullo ancora con maturo giudizio abbracciando le Poesia cominciò, forse emulando l'altro Giouanbatista suo consanguineo, e Poeta nobile, à comporre Madrigali, de' quali ne hà intorno à mille in vn volume. Alcuni molto spiritosi, e gentili di state fatti leggere al Sauonese Pindaro, e à me addolcirono la molestia da cocenti raggi del Sole cagionata, si che l'ingegnoso ardor di Febo temprò l'odioso ardor di Febo.

Nè meritano d'esser rinuolti nelle tenebre della dimenticanza i sonetti, le canzoni, e le ottaue composte. Non contento Giouanbatista di maneggiar nobilmente la lira prese la tromba per immortalar il glorioso Amerigo Vespucci, il Nettunno Fiorentino, il Denominator del ritrouato Mondo. Ma la fortuna inuidiosa della gloria di tanto Eroe fece perder i preparamenti notati in vn libro destinato à finir l'America Eroico Poema, del quale il primo Canto di cento stanze era tessuto. Tal perdita certo

Tal perdita certo degna delle lagrime de' Litterati, e delle Muse hà cercato lo Strozzi di ristorare con 70. Epistole in versi sciolti, indiritte a Personaggi grandi. Sono quasi tutte morali; e tre in lode di tre gloriosi Fondatori di Religioni S. Ignazio, S. Filippo Neri, e del B. Filippo Benizzi. Ne cessa d'esercitar l'ingegno ancor vigoroso in età decrepita, mà simile à Platone varcato il numero di 80. anni à pochissimi concesso cerca di arricchir se medesimo, & altri con degnissime composizioni. Non douiamo adunque prender ammirazione, se vediamo vn tal virtuoso essere grandemente celebrato da' più celebri Scrittori del Secolo, molti de' quali, ò li dedicaron Opere diuerse, ò l'hanno, benche giouane, trà gli huomini illustri annouerato, ò eletto giudice, e correttore de' Volumi, che publicar disegnauano. Al comune giudizio de' Litterati d'Italia s'aggiugne la stima fatta dello Strozzi da Cardinali, da Principi, da Pontefici, che l'hanno con varie dimostrazioni ho norato. Trà questi Gregorio XIV. lo voleua crear Vescouo di Pistoia, mà rifiutò Giouanbatista tal dignità, che da molti personaggi suol essere ambita.

Innocenzio IX. l'elesse à scriuer contro grandi Scrittori in difesa della Religione Christiana. Vrbano VIII. oltre le molte cortesie fatte à Giouanbatista, mentre alloggiò nel Palazzo Pontificio con Monsig. Ciampoli, quale per l'vfizio di Segretario iui staua, siche stimato, e fauorito pel suo gran merito fù in

Roma,& accomopagnato nella ſua partenza cō Breue molto honorifico diretto al G.Duca; pregato per lettera da queſto religioſiſſimo gentilhuomo hà permutato in Firenze (per ouuiare all'inoſſeruanza cagionata dalla ſolenne Feſta, ed allegrezza) il digiuno della Vigilia nell'antiuigilia del Gran Protettore Giouanbatiſta. Di più non contento dell'hauerlo prima honorato con vna nobiliſſima Ode lo celebrò di poi con queſto Sonetto.

In lode del Sig: Giouanbatiſta Strozzi.

GAreggiando trà lor Natura, ed Arte
Ogni lor pregio in voi, Strozzi, verſaro.
Ond'a' poſteri eſempio eccelſo, e raro
Spiegate alti concetti in dotte carte.
Ne sò s'ad altrui più toglie, ò comparte
Il voſtro dir, che gli altri, e voi fà chiaro:
Sò, che trahete molti dall'auaro
Oblío, e voi ponete alto, e in diſparte.
Ma col ſublime ſtil d'Ambroſia pieno
Fate le lodi d'ogni più famoſo
Frà Toſcani Scrittor' men chiare, e belle.
Qual maggior gloria? tal dal Ciel ſereno
Scopre quel che tenea la notte aſcoſo,
Il Sol co' raggi, e fà ſparir le Stelle.

Ad Io. Baptiſtam StrozZam.

Eius laudat animum æternitatis inhiantem bonis, & humana faſtidientem.

CVris ſolutum ruris in otio
Dudum beatam degere credidi
Te, Strozza, vitam, dum canentem
Tuſcia te coleret, tuumque
Inferret aſtris nomen, & aureo
Dum te cientem pectine dædalas
Teſtudinis chordas ſilenti
Obſtupuit pater Arnus vndâ.
At nunc videris iure beatior,
Qui pura ſolùm gaudia Cælitum
Reris. Quid in terris rotamus
Siſyphio lapidem labore?
Nil vſque gratum, nec ſatias faui
Dulcem liquorem deficit: abditam
In rebus humanis, vel ipſa
Miſcet amaritiem voluptas.
Inuecta curru candida ſi præit
Aurora, ſolis ſubſequitur iubar
Nox atra; naſcentem tuere,
Quę vario micat ore, lunam:
Pars vna lumen fundit, & altera
Vmbrata mœret, nec vaga terminos
Vmbræ coarctat lux, coruſcum
Exerat, aut retrahat nitorem.

Dal Sol di ſua ricchezza
Creſo s'abbagli, e Mida,
Virile alta bellezza
Nel ſembiante real fiammeggi, e rida.
Temalo il Mare, inconſolabil tremi
Se ſpada impugna, ed aſta,
Terra del Mar più vaſta;
Pene comparta in giuſta lance, e premi,
E del Tempio di Gloria entro le porte
La rota inchiodi alla volubil Sorte.
Che fia? pregi cotanti
Mio ſguardo attrar non ponno,
Col volgo i Regij vanti
Pareggia nel Sepolcro vn ferreo ſonno.
Sento d'Achille alla famoſa tomba
Di Pella il Rege altero,
Ch' inuidia al gran Guerriero
L'vnico ſuon della Meonia tromba,
Ne ſenza lei per la terrena mole
Và lieto i Regni a miſurar col Sole.
Principi io non indarno
Miei detti all'aure ſciogio:
Senti, o ſtella dell'Arno,
Mattia, terror dello Suezzeſe orgoglio:
Benche d'elmo lucente il crine aggraui,
Soffra ſublimi affanni,
Opprima empi Tiranni,
Calchi fanciullo il bel ſentier degli Aui,

Fiero in campo è l'oblio, s'alto, e canoro
Cigno non sorge infrà il guerriero Alloro.
Lasso, e più lunge al canto
Con lente corde, e sciolte
Chiuse in oscuro ammanto
Pendon le cetre di squallore inuolte.
Le destre, che d'accenti almi, e diuini
Ferian l'aure gioiose,
Impiegansi dogliose
A batter palma a palma,, e suegliar crini,
Squarcian le strida del Silenzio il velo,
Suon di mesti vlulati assorda il Cielo,
Strozzi rimbomba intorno
Mesta la piaggia, ò come
Cadi al cader d'vn giorno
Ne di te più quì resta altro che il nome.
Tù nel fulgor de gl'innocenti carmi
Sembraui Angel celeste,
Chiuse in verginea veste
Dettar le Grazie à te gli amori, e l'armi.
Limpido allor trà le lasciue arene
Emulator d'Alfeo corse Ippocrene.
Alle tre Lune ardenti
Febo inchinarsi io vidi,
Vidi a' soaui accenti
Brillar di gioia i sempiterni lidi:
Corsero sparsi di nettareo nembo
Ampi torrenti, e fiumi,

I più maligni lumi
Fortunati gl'influssi aprir dal grembo,
E la lira stellante al Ciel sereno
Toltasi, scese à risonarti in seno.
Madre d'Eroi feconda
Etrusca inclita Riua,
All'armonia gioconda
D'Elicona ogni Prato in te fioriua,
Fè pullular ne tuoi famosi Monti
Quel Cigno altero, e grande
D'Allor folte ghirlande,
Tesori eterni à gloriose fronti:
Cogliele, ò Gaddi, e con deuota mano
Trofeo n'ereggi al Semideo Toscano.
Tù chiari al Mondo nostro
Suoi veri pregi accenna,
Che nel lodato inchiostro
Spargi candor di veritiera penna;
Porpora, che del volgo i lumi alletta,
Non ti affascina il guardo:
Se mostro empio, e bugiardo
Di tosco lusinghier le lingue infetta,
Se sorgon l'Idre adulatrici infide
Sembri Apollo à Cefiso in Lerna Alcide,
Quinci à i canori ingegni
Le prime palme inuoli,
Oltre i prescritti segni
Del letterato mar varchi, e trasuoli;

det, vbi præcipuas Poëtę partes acutus rerum ęstimator agnoſcet; docta ſenſa ludicris figmentis velata ſolertèr aperiens, quod legentem (qui finis Poëſeos eſt minimè contemnendus) ſine ſatietate delectat, nonnulla recentiorum grauia Poëmata cùm gratia, tùm diuturnitate vitæ prorsùs antecedet. Omitto ingens illud opus, quo tantæ moli par ſupremũ Chriſtianæ Reipublicæ Moderatorem Vrbanum VIII. Muſarum Præſidem, ac ſacrorum inexhauſto eloquẽtiæ flumine poſteritati commendat. Omitto alia Poëmata, epica, iocoſa, lyrica, nobileſque Tragœdias, quæ ab eruditiſſimo, diſertiſſimoque Leone Allatio in Apibus Vrbanis enumerantur. Celebrent alij Paſtoralem Fabulam Amatoriæ Indignationis, quam iuuenis perſcripſit Eloquij candore, collationum decore, ac præcipua Fabulę parte Peripetia pulcherrima ſpectabilem, itaut non immeritò diuerſis verſionibus in Gallicam linguam tranſmigrarit. Hęc & alia Bracciolinus, Ouidius Etruſcus, & Caſtalius Proteus in omnes Poëſis formas pronus diuite vena effudit, qui noua præconio digna meditatur.

Vladiſlai Regis Poloniæ, Suetiæ, &c. Magni Ducis Moſcouiæ.

Militaris virtus abſolutæ diſciplinę pręſidio roborata vnicum eſt inſtrumentum amplitudinis, atque diuturnitatis imperiorum. Teſtis Gallorum

rum, Germanorum, Turcarum, aliorumque potentia deuictis bello gentibus comparata; sed nullum exemplum luculentius, quàm Imperatoriæ Romanorum, & Regalis Polonorum Reipublicæ in medium proferemus. Hanc profectò Christianæ Religionis propugnaculum incolunt libertas, & fortitudò, dum Bellonæ Mars coniunctus sub Cæli frigidissimi gelu ardentes nobilium Polonorum animos àd bellum, àd victorias excitat.

Sarmatica nobilitas, cuius Senatus, Regum Senatus est, cuius Rex Ciuem, patremque gerit, Romanæ gentis æmulatrix parem bellicæ Romanorum virtuti vigere adhùc intèr Christicolas reluctantibus ingenijs apertè declarauit. Sileant imperiti rerum æstimatores speciosa, & decantata Poëtis miracula Heroum: nonnulla ením, quæ fabulosè cecinerunt vates prodigiosi de Caroli Magni Palatinis, quos incredibilem hostium numerum profligasse asserunt, de Vladislao Rege, deque Sarmatiæ recentioribus Palatinis historicè tradi possent posteritati, quandoquidem vera laus horum est, quæ specie mendax est. Ille verò paternas inter victorias editus, intèr Sarmatiæ Trophæa natus ad sceptra, laureas, triumphos, cuius genitrix Virtus, cuius nutrix Gloria, cuius asseclæ Honor, atque immortalitas, in Polonia, quæ famæ, vel egregiæ sepulcrum est, celebritatem nominis omni æuo fælicitèr victuri victoriarum amplitudine assecutus est; idque prætereà consequentur, vt in po-

in posterum Vladislaus non magis hominis, quàm victoriæ nomen habeatur. Inueniant inusitata Scriptores præconia Heroi admirando, qui cępit, quo finis erat, qui suæ fundamenta gloriæ in montibus virtutis, & famæ collocauit.

Quid verò gloriosius Vladislao, quid Reip. Christianæ fœlicius vnquam contingere potuit, quàm Osmanis in Valachia debellati spectaculum permultis Barbarorum millibns inaudita fortitudine, ac fœlicitate prostratis? Contemplemur Imperatorem Turcarum, qui numerum incredibilem equitum; floremque Othomanicæ militię Iathnizarios, & centum Scytharum millia cum ipso magno Cane ad Poloniam devorandam deduxerat, qui nobilissimos, ac pręmpotentes Christiani Orbis Reges supino fastu despicit, qui se Maris, atque Terrarum arbitrum, Dominum, & veluti numen quoddam iactat, qui diuinos ferè honores exposcit, Vladislao penè adolescenti superbum caput inclinare, pacem humilitèr petere, cum exercitu longè frequentiori terga vertere inspectante Sarmatico ferocitèr gestiente, ac veluti triumphante.

Lege Syluam in laudem Vladislai in Corona Poetica.

cultoribus excerpsit. Lasciuam rerum, verborumque fœditatem, qua paginæ aliquorum contaminatæ sordescunt, exosus; erudita carmina honestatis limitibus circumscribit, haud ignarus Musas esse virgines, non scorta, ideoque non debere velut in lupanari meretricum instar lasciuire, veramq; Poësim filiam, & ministram Politices, celebrato virtutis itinere, docto figmento salutaribus monitis ornato, tamquam æthereo vehiculo viros ad ciuilem fælicitatem deducere.

Siuè Lyram tractas, seù Fului maxime linguam;
Mercurius linguæ cedit, Apollo Lyræ.
Principis Estensis lingua es, cum missus in vrbem
Romuleo exponis regia sensa Patri.
Principis Estensis Lyra es, emodulatus Hetrusco
Carmine dum Domini pectora docta cies.
Mores lingua aperit; Lyra temperat: vtraq; morem
Et Domino, & Vati fida ministra gerit.
Crediderim tibi pro lingua cor Principis esse;
Proque Lyra, Fului, credo cor esse tuum.

Ioannis Ciampoli.

QVis autem Ioannem Ciampolum, Præsulem, ac Poetam egregium præconio dignum non iudicabit? Pindaricæ Camœnæ honestissimus amator, Dircæum olorem ingenij cælestis aura

per auras volantem sectatur, doctus arduo, ac difficili itinere sublimem peti gloriam, quæ in montibus æternitatis præfulget. Quis verò non agnoscat nonnullis in carminibus Ioannis Pindaricam verborum, ac sententiarum magnificentiam illustrandis Heroibus parem; digressionum vbertatem, excelsas metaphoras; diuinam denique vim spiritus planè poetici? Egregius certè scriptor Ciampolum inter Pindari Ethruscos imitatores celebrans Italiæ Miraculum compellat. Admirandus pænè innumeris Breuibus, quæ præcipua Christianæ Reipublicæ negocia complectuntur, exaratis Ciampolus supra tot, diuersaque ingenij monumenta, quæ solutæ orationis artifex molitur; si libera amicorum iudicia, & limam scriptoribus optimis familiarem amaret, poematia complura prorsus absolueret ad inuidiam æqualium, ad plausum, & admirationem posteritatis. Laudanda quippè opera carpit liuor, iniquus iudex authore incolumi, sublato èx oculis Honor, Virtutis filius, ac parens merito coronat ornamento.

El. Oratorio-Poeticum Raph. Gualterotti.

NOnnulla omittam Raphaelis monumenta ex historiæ, aut Poesis, aut è scientiarum officinis deprompta, vnicum Polemidori Poema celebrare sufficiat. Hoc doctrinæ multiplicis opes illustrãt,

nec desunt figmenta nobilia; abundè adsunt flores, atq; sententiæ, non coaceruatæ (quod vitium est aliquando recentium Epicorum) at suis locis dispositæ, veluti gemmę sericum textum ornantes, non obruentes.


Stylus in vniuersum nobilis, excelsus maiestatem planè regalem regio Poesis generi congruentem redolet. Nimirum Raphael à beata mente sui nominis numen quoddam Poeticum attrahens in auras æthereas euehitur: non serpit humi plebeis versibus, vt sæpè Areostus nimis popularis, & humilior: non est vti Tassus aliquandò inops inuentionis verè poeticæ, quę scilicet à Poetis Etruscis, aut Latinis non sit mutuata; non deniq; veteres fabulas iàm triuiales, & aniculis notissimas interpolat, nec in lasciuæ fæditatis mare Marini more demergitur.

Hos tamen, qui præcipua Italicæ Poeseos lumina sunt eruditorum consensu, multis, vel diuersis nominibus excellentes confiteor, & admiror, nullum enim sine venia placuit ingenium, nullum sine macula vidi Poema; nec mirum, cùm Luna, & Sol ipse suis maculis inficiantur.

El. Sepulcrale.

Antonij I. Acciaioli Ducis II. Athenarum,
Atticæ, ac Bæotiæ regnatoris
ne dispereat nomen cum corpore,
hoc mansuris notis in marmore sepulcrali
Epigramma scribe:
Debetur immortalitas, cuius immortalia sunt
stemmata.
Ductor optimus exercitum Venetorum viribus
Longè impar fugauit, ac fudit insigni
victoria, & Athenas recuperauit.
Angelum patruum Card. Ostien. constituit an. 1406
Procuratorem amplifs. cum auctorit. apud S. Pont.
Reges, Venetos, aliosq; Principes.
Antonio excellens prudentia, magnanimitas,
Fælicitas; magnificentia singularis;
Gratitudo liberalis in Patriam, qui Florẽtinos Ciues
portus, & maria nauigaturos àb omnibus vecti-
galibus exemit priuilegio memorabili.
In memori ergo Ciuitate viuat tot secula,
quot annos regnauit in Græcia,
qui grandæuus momento tempore decessit.

MIXTA



MIXTA ELOGIA.

D. Michaelis Archangeli Elogium Poetico-Oratorium.

SPiritus inelu&abilis calamum rapit in Cælum aura ætherea prouectum. Eia calame nunc te ipso maior, atque sublimior, auro Syderum scribe nomen, & præconia Michaelis.

Hic ab omni materiæ fluitantis labe seiunctus, fati seueris fascibus minimè subiectus, imago germana Diuinitatis, speculumque purissimum Solis immobilis, orbium cælestium moderator, elementorum arbiter; humani generis iudex; Dei hominũq; nexus; perfectionis compendium spiritalis, pulcherrimum æterni Pictoris opus, vniuersi denique mundi complementum, & ornatus gemmis, & astris longè pulcrior effulget.

Hic beati exercitus ductor, ac læsi Numinis vindex rebellantis cateruæ furorem, ac impij Draconis cornua fregit trilingui fulmine potentior.

Hic Paradiſo Præfectus, & princeps ad animos ſuſcipiendos à Deo, cuius Legatus in maximis rebus, conſtitutus preces iuſtorum defert ad Altiſſimum, velut amabilem fumum aromatum, & in Elyſijs cæleſtibus pios Heroas collocat æternitati deſtinatos. Hunc admirabunda ſuſpicit Aurora, quem Sol, & vniuerſa Stellarum cohors veneratur, quem belluæ, atque Serpentes formidant, cui venti vltrò famulantur, atque tonitrua, & fulmina, & peſtis in impiorum cladem coniurata.

Orphei Elogium Poeticohiſtoricum.

DOctiſſimus, ac vetuſtiſſimus Lyricorum Orpheus Oeagri, & Calliopes filius, Rex Ciconum in admirationem rapit ingenium, in præconia calamum.

Siquidem quatuor Diuinis furoribus, veluti quatuor alis humanum ſuprà faſtigium euectus Deum vnum omnium principium, medium, finem, & (quod Philoſophis quibuſdam hallucinantibus ignotum fuit) Creatorem Mundi triplicis, perfectum, vnius Mentis oculis ſpectabilem, diuinaque virtute omnia temperantem decantauit Ad hæc ineffabilem Dei Prolem intimam carminis immortalis auriga mente (ſi fas id pronunciare) complexus eſt; dum enim Palladem Iouis capite natam canit, intelligit ab ipſo Bono, primo rerum principio produci verbum, quod

eſt Platoni Mundus intelligibilis, ſcilicet omnium complexio Idearum, mundi ſenſibilis, externæ inmirum prolis exemplar. Quin etiam Diuinę Triadis tertiam perſonam, quæ longius eſt ſeiuncta omni ab intellectione, cognouiſſe videtur, dum ętheris amantis nomine Spiritum Sanctum deſignat.

Fælicem in cælis vitam animis innocentibus adſignat; noxijs verò pænas apud inferos æternas; regreſſumque illorum multiplicem à vita in vitam, ſanè fabuloſum, & vix ipſi Pythagoræ creditum, penitùs aufert.

Cognouit varia Vacationum genera, per quas animus grauis terræ vinculis quodammodo liber, ac humano apice ſublimior futura concipit, atque prępnunciat. Teſtes verſus illi de Somnio doctiſſimi; teſtis hymnus Deorum ad Muſæum, quem docet caſtitate mentis Deo deuotæ, quæ fermè ſemper pacatum Dei templum eſt, abſtractum animum à corpore vaticinari. Teſtis ipſemet Orpheus, qui nullis negociorum curis diſtractus in Thraciæ deſertis diuinaſſe perhibetur interprete Solitudine quinctę apud Platonicos Vacationis parente. Teſtis idem, qui Corybantes quoſdam inducit futura præſentientes, admiratione, ac veneratione crediti Numinis abſtractos à ſenſibus, vti ybille, ac Pythiæ Sacerdotes in Iouis, aut Apollinis antrum ſecedentes. Næc, & alia magnus religionis, vel fabuloſæ antiſtes Orpheus, quæ mixta ſuperſtitioni, ac vanitati

veritatem aliquam exprimunt, aut adumbrant.

Et sanè Orpheus, alijque vetustatis theologi mysteria rerum sublimium túm numeris, & figuris mathematicis iudicare, tùm poeticis figmentis prophanæ plebis oculis vælare sagaci consilio comsueuerunt.

Ab Orpheo tanquam fonte hauserunt complura Pythagoras, qui ad Orphicam theologiam, velut ad exemplar ipse suam effinxit, formauitque philosophiam; Phærecydes Atheniensis, & Plato Philosophorum Iuppiter. Inde arcana de Numeris doctrina, & quicquid excelsi Gręca iactat Philosophia, defluxit

Æquum est igitur, vt dissipatis ingratæ obliuionis, atque inuidiæ tenebris Orpheum veluti ducem, atque parentem immortali Poetarum præconio celebrandum Philosophi venerentur.

Nota 1. Doctissimus. *De insigni doctrina, & existimatione lege Notam in Poetica Corona Bononiæ edita pag.* 147.

Tibulli, aliorumque Elegiacorum Elogium Censorium.

ALbius Tibullus Eques Romanus in affectionibus ex primendis excellens Elegiacos omnes antecedere videtur elegantia, candore, numerosaque dulcedine carminum, quæ delicata,

sta,

venuſta, culta in primis aures legentium, animoſq; detinent canora iucunditate captos. Minimè redundans non parit ſatietatem, vti recentiores aliquot verboſi longitudine puerili, ac penè intoleranda. Dictionem ſerpere humi, ac iacere non patitur, velut Ouidius aliquandò, qui nonnulla excerpſit à Tibullo, hunc tamèn longè ſuperauit ingenij, tùm acumine, cùm amplitudine, ac diuite vena, quam torrentis inſtar exundantem ſi cohibuiſſet iudicio imperfecta excolente, maiorem gloriam promeritus Tibullo præferendus eſſet. Par verò iudicetur, vel maior ob tot poëmatia elegiacis numeris concinnata, in quibus pulcri, bonique plus eſt diffuſum, quàm in opere vniuerſo Tibulli collectum.

Impar autem Tibullo haberi poteſt Propertius, licet Elegias aliquot pulcherrimas nobiliſſimo ſtylo elaborauerit: cum in multis varius, & inconſtans, languidior aliquandò, ac humilis, aliquandò inflatior, & duriuſculus Ampullas, & ſeſquipedalia verba proijciat frequentiùs, quàm in Elegijs tolerari debeat: has enim delicatas modulari decet, vt quæ delicias Veneris plerùmque deſcribant, vel amantium muliebres querimonias; iurgia, & diſſidia incruenta, necnon pulcritudinis effigiem veluti colorent in effingenda mulieris adamatæ forma.

Non defuere, qui Propertium (ipſe Romanum ſe Callimachum appellat) Callimachi, & Philetę Gręcos inter Elegiacos præſtantiſſimorum imitatione

primas apud Latinos consecutum iudicarint. Claudianum verò cum Tibullo si conferrem in Elegijs, carperer à nonnullis; tamen is maximam meo iudicio laudem promeretur in Elegia numeris omnibus absoluta, qua labores Herculis, orbisque cantu Orphæo viduati calamitatem pulcherrima varietate, floridoque stylo, velut erudito penicillo exprimens ob oculos ponit legentium. Elegantissimæ videntur etiam Elegiæ de Apono.

Fons Antenoreæ vitam, qui porrigis Vrbi,

& de crystallo, cuius initium

Lymphæ, quæ tegitis cognato corpore Nymphas.

Sed iudicium hoc peritiorum iudicio libenter subijcio, ne videar nimis seuerus, & acer Censor tàm excellentium Poëtarum, quos mihi duces, atque magistros vnicè amo, atque suspicio, quibus in simili genere poëmatum vix pares Etruria numerabit.

El. Oratorio Historicum complurium Alphonsorum Regum.

AMplitudo, ac virtus, quibus excelluere tot Alphonsi quà Legionis, vel Asturiarum, quà Castellæ, quà Hyspaniæ Regis, vel Imperatoris titulo inscripti non omninò contemnendum, & aliquantum verosimile reddidit effatum illustrium Philosophorum, & Cabalistarum asserentium latentem in nominibus virtutem, & sanè magnam contineri.

Hoc

Hoc viderentur confirmare nonnulli eiusdem Prouinciæ Reges Alphonsis intermixti, qui alij nomine, alij re fuerunt. Nos verò de nomine minimè solliciti opinione hac præterita insigniores Alphonsos breuitèr, ac syncerè celebrabimus hoc Elogio; quod tot Regum, atq; Stemmatum gloria excellens vnum quodque voluminis huius dignitate superabit. Primus igitur Petri Ducis Cantabriæ filius è genere gloriosissimo Regis Gothorum Recharedi, qui anno 628. ceperat imperare, succedens Fafilæ sine masculis decedenti Regnum anno altero, & septuagesimo septimum suprà sæculum assequutus iure coniugis Ormisindæ natæ magnanimi, pijque Regis Pelagij cognomen Catholici obtinuit Catholicę Fidei cultor, & propagator acerrimus. Hic præter suprà oppida multa, complura templa restituit, ornauitq, donis liberalitèr, qui multum Regni multiplicis fortiter bellans recepit Arabibus deuictis, & plurima castra muniuit populis Christianis, qui ad ipsum velut ad singulare Christianę Religionis Asylum confluebant è proximis regionibus, quas Arabes occuparunt. Enitebatur, vt Episcopi docti ad robur, & ornamentum agitatæ Religionis eligerentur, & sacra volumina vndequaque comparabat cuncta Pietatis officia præstans Deo, amabilis omnibus, nec victorijs, nec honoribus elatus.

Hinc in eius obitu voces in aëre psallentium dicuntur auditæ. Sileat igitur eloquium mortalis, dum

canit immortalis cohors tanti Regis præconium.

Secundus Alphonſus Catholici ex Friola filio nepos mirabile in Regibus cognomentum Caſti meritus, quòd vxorem nuſquam attigerit vir caſtitatis illibatæ, pietatis abſolutæ, regiæ magnificentiæ in Palatijs (vt hoc nomine vtar non temerè) ac in templis, quæ liberaliſſimè dotauit, Angelos habuit aurifices in Crucis opificio ſplendidiſſimæ, quam in Ouetenſi Baſilica collocauit. Contempta Venere Martem amplexus victorias retulit glorioſiſſimas èx Arabibus, quorum numerus vix credibilis non ſemèl cæſus fuit & è Carolo Magno cum priſcis Cæſaribus amplitudine virtutis, ac rerum geſtarum conferendo, cuius Palatini cum flore, ac robore nobilitatis Gallicæ in Roſcida valle trucidati.

Alphonſum verò III. Legionis Regem præclaræ animi, corporiſq; dotes, illuſtreſque de hoſtibus triumphi Magnum re, ac nomine reddiderunt. Pietatis, Iuſtitiæ, ac Religionis amantiſſimus in hoſtes R. fidei arma expediens de Saracænis, quorum ingentes exercitus extinxit, ſæpè triumphauit: Vrbes Luſitaniæ nonnullas vel recuperauit, vel retinuit ab ijſdem obſeſſas, Vaſcones, Nauarroſque tunc Saracęnis ſubiectos ſæpè depopulatus. Tandem ſpolijs, captiuiſq; Mauris inclytus victor, vti principium, ſic finem diuturni Regni, quod, vel inuitus Garſiæ filio conceſſit, victorijs illuſtrauit.

Theſauros à patre relictos Eccleſijs, & pauperibus

bus erogauerat, S. Iacobi luteam quadris lapidibus, & columnis marmoreis reparans, pluresq; ædes sacras, & regias, multa Regni oppida, munitiones, & castra. Hinc iure, meritoque ab Io. Romano Pontifice in epist. appellatur Gloriosus Rex Galleciarum, & Rex Christianissimus, èx cuius authoritate Regem Hyspaniæ in primis Orthodoxum existimant.

Magno non minor euasit Alp. 6. Legionis & Castellæ Rex, qui Fortis cognomen tulit, bello gloriosus, pacis artibus insignis, ingenio facili, ac modesto, liberalitate profusa. Toletum opulentissimam, Regiamque vrbem deuastatis pluriès agris cepit, ac triumphantis instar in arcem inuectus an. 1085. est intèr faustas Christianorum, & barbarorum acclamationes. Regali munificentia dotauit Ecclesiam Toletanam, cui de consensu Præsulum, ac Procerũ Hyspaniæ dedit Archiepiscopum Bernardum virtute illustrem. Vrbe munita, restauratis oppidis, & Ciuitatibus compluribus, quà captis, quà ornatis populo, quo viduatæ olim à barbaris squallebant; amplitudinem animi nequaquam his finibus circumscribens, at virtute duce, auspice fortuna regnum propagare contendens Saracænorum patrias peragrauit loca munitiora diruens & plana deuastans itaut in seruitutem redegerit Arabes cismarinos tributo mulctatos. Inde factorum gloria, & amplitudine imperij excellens Imperatorem Hesperiæ se in priuilegijs appellabat.

Impe-

Imperator etiam, & Auguſtus eſt compellatus Alphonſus VII. cognomento Vindex, Legione primum, vbi diadema Imperij aſſumpſit, mox Toleti frequentiſſimo in Procerum, & Antiſtitum conuentu, qui anteà Regem Hyſpaniarum ſe vocabat. Hic Ramirum Aragonium regem, qui priùs Monachus, Abbas, Epiſcopus fuerat, ſenem, & imparem Regię moli exutum Regni parte fiduciarium, & ſubiectum ſibi fecerat, & Nauarręum Garſiam Vaſconum Regem compulerat poſt arces, Vrbeſq; multas amiſſas ad deditionem Regni, quod beneficiarium Caſtellæ profeſſus eſt. Verùm arma in barbaros æquius & glorioſiùs conuertens Cordubam vrbem regiã cepit exiſtimatione domans Principem Auenganiã Vrbis claues, ac ſe ſe dedentem. Beatiam deuictis Saracenis prælio ſibi vectigalem fecit; Almariam ciuitatem maritimam ſubegit, & præter alias Calatrauam, quam Archiepiſcopo Toletano donauit. Generum Ludouicum Galliarum Regem an. 1154. tanta magnificentia, & amplitudine excepit, vt is negaret quicquam ſe in Europa, vel in Aſia vidiſſe auguſtius. Imperatoris nepos è filio Sanctio III. cognomine Deſiderato Alphonſus VIII. Rex Caſtellæ Boni cognomentum Regibus cunctis expetendum, paucis experitum conſecutus eſt.

Alphonſus tandem decimus inter Caſtellæ, nonus inter Legionis Reges, Sapiens appellatus, & Aſtrologus, eò quòd peritiſſimus eſſet Philoſophiæ, Aſtro-

nomiæ

nomięque, in quam ſcientiam locupletiſſima volumina reliquit, à nonnullis S. R. I. Electoribus Cæſar eſt anno 1256. renuntiatus, cum alij Richardum Cornubiæ Comitem, Regis Angliæ fratrem, Cæſarem renunciarent. Verùm Alphonſus nimis deditus rerum cæleſtium contemplationi terrenum Imperium amiſit à Richardi prouida ſolertia partum, illuſtri documento regnatoribus, nimium ęquè, ac nullum contemplatricis ſcientiæ ſtudium eſſe perniciosum, & prudentiam politicam à contemplatrice ſapientia ſeiungi.

El. Oratorio Hiſtoricum Canuti II. Regis Daciæ, Angliæ, Noruegiæ.

NOmen, & hiſtoriam profectò memorabilem, ſed non adeò illuſtrem perſequatur Elogium excellenti Regi debitum. Is fuit Canutus II. Dacus, qui optimæ indolis iuuenis patre Suenone extincto Rex Angliæ creatus à Dacis omni liberalitate, ac humanitate (indiſſolubiles hę, aureæque ſunt catenæ, quibus populi deuinciuntur) Anglos Dacicum iugum exoſos in fide continere maximè ſtuduit, vtque Diuina ope in Regno rectè adminiſtrando muniretur, poſt Deum; Diuum Edmundum precibus, atq; muneribus pijs conciliandum ſibi curauit. Poſt varia & cruenta certamina, quæ varia fortuna geſſit cum Rege Anglorum Edmundo, qui cognomento Ferreum

reum latus ob ingentis animi, corporisq; vires formidabiles appellabatur; vniuersæ Angliæ Rex more maiorum creatur conuentu Principum edicto, & à Cantuariensi Pontifice sacratus anno 1017. à velata Ch. Reparatoris Diuinitate. Vt regnum vnius, vel prudentissimi Regis prudentia maius coniuncta plurium optimatum prudentia faciliùs regeret Canutus sago excellens, toga excellentior Senatum domesticum elegit, cuius cõsilio cuncta Regni gererentur, quod roborauit sanciendo salutares leges, beneficiarijs principatibus ornando proceres, vt sui, ac suorum splendor amplificaretur. Irrita non fuere beneficia, & humanitas Regis: Anglorum quippè inclyta fide, ac virtute armatus Olauum Noruuegiæ Regem, qui Daciam atrociter vastans occupare conabatur, fudit, fugauitque, ac Noruuegiam auitum Regnum recepit, se dedentibus, & supplicibus æmulanda clementia remittens quicquid in se deliquissent, obsides tamen accipiens, ne prudentiæ læsæ reus innocentèr fieret, quæ clementiæ, aliarumque virtutum dux, & moderatrix est irrefragabilis. Compressit & breui coniurationem in se àb Olauo, & Vluone Heroe institutam, qua fuisset oppressus, nisi hanc nascentem maturè dissoluisset auctoribus pœna capitali affectis, & sapientèr, in hos enim seueritas adhibenda, non clementia, quæ sæuitia esset in ipsum regem. Rebus in Dacia compositis in Angliam reuersus, vt charitate, ac beneficentia vinceret ami-

cos

cos, qui fortitudine vicerat inimicos, omnes, præsertim principes, honorificè appellare, muneribus insignire amplissimis, antiqua onera diminuere, nulli causam, aut spem bellorum dare, omnes ciuitates pace ditatas in officio, & amicitia continere; verum, optimumq; non fucatum ac degenerem Politicum agens: In quo nihil vt desideraretur, Christianæ Religionis, quæ Regum est insuperabilis arx, cultum addidit non vulgarem. Omitto hîc extructa cœnobia, Romam an. sal. 1030. voti ergò petitam itinere, quod ea tempestate maximè longum & arduum videbatur; communia namque ista cum Regibus non paucis. Rarum exemplum pietatis omnium scriptorum calamis efferendum proponam. Iuxtà litus Oceani ambulans aliquandò cum appellaretur àb assentatore quodam Rex Regum longè omnium potentissimus, qui hominibus, qui terræ, qui mari latè imperaret, protinùs in Diuinæ potentiæ contemplationem excelsa demissione erectus, vt inusitato facinore vsitatam famulantium assentationem aulæ indiuiduam, pestem regnantium coerceret, è veste quam exuit, globo facto insedit quamproximè aquã tunc æstuantis æquoris, iussitque, vt vnda pedibus parceret intactis; hæc, vt corde, votisque petierat ille, insurgens totum madefacit, tunc retrò progressus En, inquit, principes vocatis me Regem, qui hanc paruulam vndam meo imperio cohibere, vel remorari nequeo: Nullus nempè mortalium est tali nomine di-

ne dignus, eſt Rex vnus pater D. N. I. Chriſti, cum quo ille regnat, cuius nutu cuncta reguntur, hunc veneremur, hunc Regem appellemus. Poſt hæc, aliaque pietatis verba Vintoniam profectus coronam, quam geſtabat, capiti Seruatoris Cruci affixi, quod in Ap. Petri, & Pauli Templo pendebat arte factum, ſuis mœnibus impoſuit, nuſquam poſthac eiuſmodi adhibens capitis ornamentum. Dignus Torquato præcone Rex, cuius facinus adeò memorabile permultis eſt ignotum, cum ſit notiſſimum ſimile Gothophredi Regis Poëmate Torquati, ac Elogio Iouij concelebratum. Diſcant Reges, gloriam propagari maximè à Poëtis, ac Elogiographis immortalitatis arbitris.

Nota 1. Canutum Volater. lib. 3. Geog. *Cuntonem appellat, aſſeritq; obtinuiſſe vniuerſam Angliam, Scotiã, Daciam, Noruegiam; ceſſiſſe in ſingulari certamine hoſti Edio, ſcilicet Edmundo, quem cum poſteà Edricus interfeeerit, caputq; referret Cuntoni ab hoc facinus deteſtante obtruncatur haud abſimili exemplo Dauidicæ manſuetudinis animaduerſo Saulis capite. Addit alia de Cuntone, filijſque diuerſus aliquantum ab Anglica hiſtoria Polydori Virgilij, quem, vt par erat, ſequuti ſumus in Elogio, quem conſulere poteſt, ſiquis plura de Canuto curioſior velit. Nos enim, vt potequi vitam non ſcribimus, nec hiſtoriam; ambigua, & parùm conſona, minimèque præcellentia omiſimus excerpentes (quod eſt Elogio-*

Elogiographi munus) excellentia, certaque, ideòque memorabilia.

Elogium C.

GEnitum florens non longo tempore durabit, non videbit diem Platonis, humanam quippè conditionem non ſuperat: marceſcet floribus cadentibus, exhauſta vi; cruor vertetur in atramentum, lac in virus. Infælix demittat malis grauatum caput.

El. Oratorio Hiſtoricum S. Venceslai, & Vratislai Boemiæ Regum.

MAgnorum non infæcunda parens, aut nutrix Regum Boemia iure ſuo videtur expoſcere vnicum ſaltem Elogium ſui regnatoris: hanc indictã, & illaudatam præterire non eſſet æquitatis meæ, qui virtutem, atque res memorandas complurium gentium hoc opere compendiario attingere decreui. Omiſſis igitur non paucis Regibus, Ducibuſque Bohemiæ, par nobile regnatorum hoc Elogio liceat concelebrare. Alter fuit Vratislaus II. è Bizetiſſa o, qui bello Polonis illato Cracouienſem, Gneſneſemque vrbes an. 1030. diripuit, genitus Andreæ Pannoniæ Regis filia ſibi coniuncta ſacro Hymenæi nexu ſucceſſit Spitigneo fratri defuncto, à quo fuerat bello

bello petitus; hinc Marti deuotus bellica gloria, regnisq; felicitèr partis Bohemiam illustrauit. Siquidem Leopoldum Austriæ Ducem non ignobili certamine vicit; Morauiam, Poloniam, Slesiam, Lusatiam Henrici IV. Cæsaris auxilio fauente adiecit annò à Diuinitate Christi Seruatoris velata 1086. Bohemiæ Regno: dignus sanè tot Coronis, quot Regna possedit, quot exercitus superauit.

Alter, quo dè scribitur, Venceslaus Vratislai II. filius vitę sanctimonia inclaruit astrum Christiani Cęli præcipuum, castitatis flos illibatus; auiam Ludimillam, quæ prò Diua colitur à Bohemis, apud quam educatus sanctissimè fuerat, æquauit, aut vicit. Horas quotidiè Canonicas obijt. Inopes Regni piæ liberalitatis vlnis ferè sustentabat animata Templa Diuinitatis, cui Templum inanime construxit Pragę S. Vito dicatum eius Præsulem constituens Dotimarum Saxoniæ virum sanctissimum.

Depositis calceamentis brumali sydere per medias niues nocturnus Templum petere consueuerat; indè monstrum innocens occulta Pietatis acta indicans ferunt, cruenta scilicet vestigia fuisse interdiù animaduersa.

Non semper est imbellis Pietas, quæ armata exercituum Domini robore impiós incruenta prosternit.

Rádislaum Gurimensem Principem armis minitabundum, nec Legatos de pace audientem, qui Sacramentum iniustitiæ dicens iustissimo Principi Regnũ inui-

inuidebat, quem, vt imbellem, pauidumque despiciebat, superbissimè respondens, se nisi tradito sibi totius Boemiæ principatu àb armis non discessurum, acie instructa alloquutus, vt cladem tot innocentum auuerteret, ad singulare certamen prouocat ipse Vencesſlaus victoriæ permittens imperium. Vtinam Reges, Principesque alij Venceslaum imitarētur, nō Prouinciæ, non Regna integra opprimerentur intolerandis belli cladibus, nec Regum delirium esset populorum excidium. Qui certamen charitate, non ambitione, odioue auspice actus init, licet armis inferior martijs plùs fidens cilicinæ vesti, quàm loriculæ, ac ensiculo, Crucis armatus signo terret armis onustum, victoriæ spe summa elatum, hastamque ferocitèr vibrantem Radislaum, qui Angelos videns, & hanc vocem hauriens Ne feri; vim Numinis prò Venceslao bellantis veritus, humi affusus, veniamq; audaciæ poscens se potestati victoris permittit. A clemente victore, qui dignus D.Mic. patrono filium inuidiæ, ideoq; nepotem Luciferi tenebrarum Principis vicit; veniamq; dedit, restituitq; dignitatem, pænam accipit salutarem admonitionem.

Altera beatarum Cęli mentium apparitio Magnū Othonem Venceslao proniorem, ac pænè obsequentem reddidit. Vormatiæ tardiùs curiam ingresso òb sacrum à Sacerdote productum, quasi mora èx ambitione flueret, Imperij R. Electores nec assurgere, nec digniorem sedem concedere decreuerant, Cæsa

rique persuaserant, vt absque vllo honore Boemum, velut arrogantem transmitteret.

Non tulit Deus in honorum, qui ob honorem Diuinitati habitum ab ignaris proscindebatur. Conspiciens Otho par Angelorum Venceslaum in curiā deducentium, Cæsareo solio exiliens, seq; Cæsarem oblitus, Venceslaum tantùm non adorat. Mox ei, quicquid peteret, pollicitus, ac subridens ad postulata eiusdem, qui nil præter quasdam reliquias Diuorum petierat, Feres, ait, quas optas, nunc munera feras Cæsare digna, Regium decus; tributi Cæsarib. debiti remissionem; insignia nostra in clypeo. Postrema libentèr complexus est Venceslaus, at Regium diadema, & nomen renuit, quamuis à Cæsare, à Regibus, à Principibus Rex in epistolis salutaretur. Demùm post excellentia Christianæ virtutis facinora per scelus, ac proditionem nephariam à fratre Boleslao, cui crudelitas cognomen peperit, Caini æmulo trucidatur adeò palmaris flagitij conscia Droamiria matre, si tamen appellanda mater est, quæ vitam eripit nato, & innocenti (hunc Abelem dicerem nisi Abelide fuisset mater Droamiria) vel ipsis feris, ac viperis longè immanior, atq; truculentior monstris ipsa monstrum impiæ feritatis. Ereptæ immanitèr vitæ munus rependit liberale Numen geminato munere longè maiori, scilicet immortali gloria in Empyreo imperio, & honore in Regnis terrenis, cum posteritas Venceslaum pro Martyre coluerit aris dignata.

Elog.

El. Oratorio-Poeticum Intellectus Agentis.

CAlamus canori pictoris depingat immortalem pictorem Mundi melioris. Ille apprehensis rerum formis vniuersalibus, siuè speciebus figurat Intellectum, qui materialis appellatur, atq potentię, quod sit suaptè natura tantum facultas capax formarum; & veluti rudis tabula.

Ille spiritus rector, voluntatis auriga, coronatum animę caput, ingenij flos, scientiarum fons, genitor sapientię. Imperator corporis, materię, rerumque fluxarum contemptor; Mortis victor, ac triumphator; verę vitę arbiter, humanitatis fastigium; thronus diuinitatis est.

El. Oratorio-Historicum Roderici Cidi.

MArtialis animi virtus excellens, vel incomitata coronis adeò est augusta, & venerabilis, vt in sui admirationem, & obsequium rapiat coronata Regum capita. Me non falsò id asserere testabitur Rodericus cognomento Cidus, qui Lainum caluum virum longè nobilissimum, ac potentissimum, Iudicem Castellanæ Reip. quæ priùs comites, deinde Reges habuit, inter auos numerans ipse numeratus est vire, meritoq; ab Hyspanis inter clarisimos cuius-

cumque gentis imperatores. Hunc virtute, ac fælicitate bellica gloriosissimum Persarum Rex maximus splendida Legatione missa vltrò salutauit, eiusque amicitiam, ac fædus expetijt. In hoc ambiguus, quid lætiùs extollas, honorem, ne quo insignitus est Rodericus, an amorem virtutis, ac gloriæ in tanto Rege regnantem: cuius comites videntur humanissima æquitas, & æquissima prudentia; hę namque virtutes ad regiam actionem efficiendam conspirarunt. Rodericus Oratores coluit donis, & ludis militaribus, vt bellatorem decebat, ad spectaculum exhibitis; liberalitate, ac magnitudine animi heroica excellens. Huius plura documento dederat, præsertim cum Alphonsum antequam Castellæ Rex renunciaretur an. 1073. vnus iurare compulit conceptis verbis in D. Agathæ, diris imprecationibus in eius caput additis, si fratris Sanctij cædes ipsius consilio perpetrata esset. Ab illo ad Cordubensem, & Hyspalensem Reges Mauros, quod vectigal anteà promissum, exoluere abnuerent, legatus Granatensens cum Hyspalensibus dè finibus certantes assumpta pacificatoris persona conciliare primùm conatus est, deindè in Granatensem Regem, qui ad nullam pacis conditionem adduci poterat, prò Hyspalensi in acie stetit. Insigni prælio victos Granatēses compulit àd pacem, quàm Arbiter inter Reges composuit. Milites præda opulentos vectigali Cordubæ, atq; Hyspali, prò qua venerat, representato, in patriam reduxit Bellatoris nouũ

cogno-

cognomen adeptus egregia militum, vniuersæ Prouinciæ voluntate admirantis virtutes, ipsumq; nouis honorum, titulis,quę rebus non poterat,exornantis. Nunquã popularis,& militaris fauor inuidia primortũ caret. Proceres Castellę, ac Legionis inuidiæ flammis ardentes apud Regem criminationibus onerant Rodericum, qui Rege auctore, ac decreto Principum mulctatur exilio. Cedendum tempori prudenter, & modestè iudicans cum priuata militum manu, quos in armis egregios habebat, multisq; amicis, & necessarijs nomina dantibus cupiditate bellandi, & Duce aduersus Mauros in Celtiberos penetrauit. Alcocerium arcem in prærupto monte sitam expugnat, duosq; Duces Mauros iusto cum exercitu à Rege Valentię missos insigni prælio superat. Ex illa agros populatus omni iniuria belli Mauros finitimos diuexat. Regiæ maiestatis haud oblitus in prosperis successibus è ditissima præda equos triginta, totidemq; gladios Mauricos èx ephippijs pendentes, pari numero captiuos egregios; vestes auro, purpuraq; distinctas Alphonso per Legatos donat,qui vultu hilari,verbisque honorificis tanta munera excepit. exilij tamen decretũ propter Mauros scilicet mutari non placuit, datum prouincialibus, vt impunè qui vellent, Cido militarent? Populus verò Cidi laudes ad sydera extollere, hunc Patriæ Liberatorem, hunc Maurorum terrorem, hunc Reip. patronum, hunc priscis Heroibus parem compellare. Cidus in Celtiberia secundo cursu Maurorum oppida, & arces virtute, ac diligentia

insigni carpebat, cum euocatus à Rege ad cuius præsidium confugerat Adofirus ditione viduatus àb Almofala regulo intestinis Maurorum armis in Bætica excitatis. Venientem complexus blandissimè Rex mulctam exilij remittens, eiusq; in gratiam perpetua Lege sanciens, ne ingenui viri exilio puniendi, ante diem trigesimum è Regno excedere cogerentur, bello Boetico præfecit. Hic existimationi, qua florebat apud omnes, cumulatè respondens arcem Grados vi expugnat, Almofalam regulum in potestatem redigit, mittitq; plectendum Alphonsi Regis arbitrio.

Bæticæ rebus compositis in Celtiberiam reuersus Dianij regulum Alfagium, & Sanctium, siuè Petrum Aragoniæ Regem, qui Mauris opem ferebat, collatis signis gloriosè deuicit. Victorem in Castellam inuitauit Alph. donauitq; perpetuò iure Viruescã, Valeranicam, Arceioniam æquissima liberalitate; qui Alsagium redintegratis viribus & potentia formidabilem acie vicit, cuius victoriæ lætitiam pænè extinxit extinctus Didacus Viuar Cidi filius, qui paternæ virtutis æmulatione àd parem gloriã niti videbatur. Ad hæc Cidus Hyaiæ Valentinorũ Regi quem Alph. Toleto eiectum in tutelam receperat, fortem, fælicemq; operã nauauit; domesticis Regni seditionibus compressis, propinquos Mauros Regulos illi vectigales fecit. Verũ Almorauides à Valentinis auiti, ac noctù recepti, Hyaiam òb nimiam cum Christ. amicitiam suspectum obtruncant, eiusq; ditionem, ac Valentiã ipsam occupant. Protinus Rod. vti solent Heroes col

lata beneficia tuentes, læsosque amicos fortitèr vlciscentes, honestissimæ sitiens vltionis post ingentes prædas actas Valentiam pertinaciter obsidet insuperabili constantia superans impedimenta, & difficultates maximas, cogitq; reluctantem ad deditionem; cui Pontificem destinat. Gloriam sibi totam virtute parans diuidit prædam cum Rege, cui dono mittit ducentos Maurorum gladios cum ephippijs, totidemque generosos equos. Breui elapso tempore, vt, qui regijs excellebat virtutibus, regijs affinitatib. excelleret, filias Eluiram Ramiro Nauarræi Sanctij Regis Vasconum; Solem Petro Petri Aragonij Regis liberis has vltrò per Legatos expetentibus nuptiali fœdere connectit geminato gaudio, ac nobilitate. At dolor, & voluptas inuicem cedunt, & (quod humanam conditionem reddit miserabiliorem) breuior voluptas est. Post haustos liquidissimæ voluptatis, quæ virtutis è fonte deriuarat, latices supremo vincitur morbo Salutis reparatæ anno 1098 Rodericus deuictis Afris, quos à Rege Buccaro imperij cupido in Iberiam conductos multis prælijs pro Valentiæ mœnibus trucidauit. Qui viuens vicerat, vicit vel extinctus. Siquidem cum intelligeret in limine mortis constitutus nouas, & ingentes Maurorum copias Valentiæ circumfundi, euocatis præcipuis Præfectis, ciuibusque Christianis mandat supremis verbis, vt simùl atq; expiret, nullo signo edito, vrbe agmine continenti excedant. Excedentium multitudo procùl

conſpecta maximi exercitus ſpeciem prębuit Barbaris, quos mortis Roderici neſcios is terror inuaſit, vt motis tumultuosè caſtris pudendam fugam arripuerint. Sic mortuum Rodericum tumulauit Victoria, quæ viuentis in Caſtris militauerat.

Nota 1. *Rodericus Didaci Campiator appellatur àb Archiep. Tolet. Roderico li. 6. Chron. qui c. 16. & 19. alia tradit de eodem, vt non neceſſaria à me prætérita, & c. 29. aſſerit à Rod. captum, ſed continuò manumiſſum Regem Petrum Aragoniæ. Præterea Valentiæ à Rod. qui Bucharem Arabum Regem vix vitę relictum fugauit cæſa èx Arabibus multitudine infinitá, captæ, atq; poſſeſſæ Hieronymum datum Epiſc. conſecratum à Bernardo Primate Archiepiſcopo Toletano.*

Volaterranus addit Rod. poſt fuſum, fugatumq; Bucharem triginta millibus partim cæſis, partim mari depreſſis (nàm Bucharis nauigia ad trecenta fuiſſe tradit Africanæ hiſtoriæ Scriptor Gilbertus) obuium habuiße Alphonſ. VI. Ferdin. filium apud Legionem, propèq; dexteram collocatum in perpetuò, maximoq; apud eum honore perſeueraſſe, ab hoc (vt ferunt) domum de Mendoza clara ſtirpe deſcendiſſe. Addit illum ducentem genus à comitibus Caſtellæ à Ferdinando quinque terris præfectum bas à totidem Saracænorum ducibus fortiſſimè dimicando defendiſſe: Martinum Gometij ducem, qui Regis Aragonum nomine Calagurium recuperauerat, cum toto exercitu ſubieciſſe.

El. Ora-

Ell. Oratorio-Poeticum Linguæ.

LIngua non eloqueris eloquentem sapientis linguam? elinguis ne lingua eris in celebranda linguæ? Iniquum ingratumq; silentiũ hostem, an rebellem implacabilem prosterne, dilacera, discerpe. En tibi fluuium eloquij puriorem electro fundit illa viri linguã cordatissimi, imò cor loquax, cui verba maximè cordata, quibus ad sapientiam, virtutemq; numeris, omnibus absolutam excitatur, atq; formatur iuuentus ingenua. Siquidem hæc lingua est morum præceptrix, virtutis inuitamentum, vitæ præuia fax, prudentiæ formatrix, liberalium artium liberalis magistra, scientiarum, & oraculorum sanctioris antiquitatis interpres: mentis manus, an penicillum, cuius intima penetralia exprimit, atq; totius imaginem animi depingit. Voluntatis pes obsequiosus, ac velox, cui statim famulatur imperanti; argumentorũ scilicet rationis telorum pharetra; cultrum, quod mactat ignorantiam deuotam Palladi victimam, conceptum mentalium obstetrix, amantissima libertatis altrix, custos tranquillitatis; seditionum sedatrix; Religionis Antistes, Fidei nexus; Amoris Diuini legata, humani moderatrix, ciuilis illicium; & magnes; corporeæ lyrę plectrum omnis harmoniæ parens, quam vt liberius pariat, ne parias modò filios tuos continuò pereuntes.

Elo-

Elogium Historico-Oratorium Petri Rubri.

RVbra soboles Parmæ olim authoritate, opibus, titulis, & affinitatibus amplissimis inclyta edidit præter alios duces rerum gestarum fama insignes Rolandum, Marsilium, Petrum fratres Parmæ Regios Vicarios aliquandò, & Lucę, necnon Burgi Sancti Donnini, Pontistremuli, & aliorum oppidorum Dominatores. Petrus inter illustres Italiæ Principes rei militaris peritissimus, maximèq; sapiens, ac fortis Dux, procera statura, Gigantæis planè viribus, regali ore venerabilis, animi candore, fideique constantia præstans, eaque munificentia, vt præter equum, & paludamentum, omnia suis profusa largitione donaret; omnis prorsùs crudelitatis expers militibus, vt à cæde, stuproque abstinerent imperabat ob comitatem in omnes vsque adeò amatus, vt à Germanis equitibus eius ductu bellantibus fuerit glorioso cognomento Pater appellatus. Is cum fratribus eiectus Parma, & principatu per fraudem à Mastino Scaligero exutus; ob absolutę virtutis existimationem à duobus potētissimis Italiæ populis, Veneto, ac Florentino, quibus deinde Ioannes Boemiæ Rex, & nobilissimi Cisalpinæ Galliæ Principes coniuncti, militare vexillo, atque imperio insignitus est.

Cum Florentinorum copijs Lucensem agrum populа-

pulabundus inuasit ad portas vrbis equitans, prædaque ingenti parta; Lucenses pedites, Mastinique sexcentos Equites ex insidijs erumpentes, initio victores, demū compluribus, & primoribus captis profligauit, multaque vexilla per publica Florentiæ loca distrahi ad ignominiam victor imperauit. Mox Venetiam ingressus, & Medoacum flumen cum exercitu traiciens, hostium castris potitus Mastinum ad publicum, & ad singulare certamen prouocauit, vt pateret, quid vter alteri virtute præstaret. Nihil ab hoste responsum, qui se Petro imparem tacitè cōfessus est: Id euentus optimus aliquandò magister, ac testis confirmauit: multa enim Petrus oppida Scaligeris Dynastis Europæ tunc potentissimis ademit, magnumque terrorem, & calamitates ingentes attulit. Itaque Patauiū eiecto iugo Scalano permissum Carrario, dum Florentini Lucam graui bello premebant Reipublicæ in Tuscia imperatore Rolando, qui Galli Herois vbiq; terrarum gloriosissimi nomen sustinere contendebat. Petrum verò Patauini Liberatorem suum salutant, miroq; exceptum plausu inusitatis laudibus attollunt. Sed breuior heu(vti humana sunt) hęc felicitas Rubriorum, qui continuatas hostium clades, quibus nobilissimæ vrbes ereptæ, continuatis pænè funeribus consociarunt.

Marsilius quippè Venetijs an. 1337. occubuit, & paulo ante Petrus Montemsilicem oppugnans læthali vulnere accepto indè Pataujum relatus in medio

medio ætatis cursu, ingenti omnium luctu expirauerat. Multi hunc pullatis vestibus extulere diuque luxerunt, vt Imperatorem optimum, atque fortissimum bellatorem, qui regio planè funere vtraque à Republica exornatus inuidendis refloruit extinctus honoribus.

El. Istòrico-Oratorio di Giouanni V. baldini.

SI come fortunati debbono stimarsi quelli Eroi, che sono con Elogi, ò con vite particolari da felice penna illustrati; cosi per lo contrario paiano aggrauati da certa specie d'infelicità li mancanti di simil luce di verità, che dissipando le tenebre dell'ignoranza, e dell'inuidia render puote glorioso, ed illustre il nome di qualunque, le cui memorabili azzioni si consacrano alla posterità. Non hebbe tal ventura l'Eroica virtù di Giouanni d'Azzo Vbaldini, benche da qualche Scrittore honoreuolmente menzionato, essendo questo da chi de sua fatti con minor breuità, e maggior chiarezza scrisse, stato registrato senza il nome della famiglia, e con errore, quantunque leggieri all'Istorico, dannosissimo a Giouanni, che può solamente da pochi dell'antichità molto periti essere interamente riconosciuto. Questi essendo Capitano Generale di Francesco da Carrara il Vecchio, Principe illustre, e potente signoreggiando non solo Padoua, ma Treuiso, Feltre, Bellu-

Belluno, Conigliano, & altre nobili terre, che guerreggiaua con Antonio dalla Scala Signore di Verona, e di Vicenza, più volte fù à contesa con Cortesia Sarego General dello Scaligero nel Vicentino, e nel Padouano l'Anno 1386. e d'Aprile andato lo Scaligero con le sue genti, e con quelle de Veneziani, e de' Furlani all'impresa di Montagnana oppostosegli Giouanni, quello si leuò dall'impresa.

Essendosi confederati i Veneziani con lo Scaligero, e con i Furlani per far guerra crudele al Carrara, questo mandò l'Vbaldino, e Iacopo suo figlio naturale con molta gente contro il Sarego passato il Giugno con potente esercito nel Padouano, ma fallatisi per cammino l'Esercito dello Scaligero varcatò il fiume à Brusegnana giunse fino à Tegi facendo innumerabili prigioni, e bottino grandissimo. Onde spauentatò il Carrara temendo della istessa Padoua, armò il popolo per la difesa, ponendo à guardia del Castello Franceso suo figliuolo. Il Sarego ordinato l'Esercito per combattere alla campagna, rompendo vna compagnia di Cittadini Padouani, con i quali erano molti villani, che andauano ad vnirsi con l'Vbaldino, stimò di hauere ottennuta la vittoria. Vani sono i giudizj humani, chi credeua d'essere vincitore fù vinto infelicemente dall'Vbaldino in sanguinosa battaglia il 25. di Giugno, fatto prigione alle Brentelle con molti altri personaggi d'importanza, essendo oltre 520. morti de' suoi più di quat-

quattro mila trecento, 140. carrette, e 72. padiglioni, sei mila trecentocinq; caualli, e (quel che più tosto vergogna al vinto, che honore al vincitore pare, che apportasse) dugento venti meretrici, amiche dirò, ò nemiche dell'Esercito Scaligero, poiche con la loro lasciuia, & arti vergognose erano atte à corromperlo, sneruarlo, e renderlo più facilmente superabile. La Fortuna, che in ogni guerra, quasi in scena suol fare la parte sua, fece apparire da principio vittorioso il Sarego per la prima zuffa di sopra detta. Onde i nunzi volando allo Scaligero in Vicenza dissero il suo esercito vittorioso andare à bandiere spiegate ad occupare Padoua. Frettoloso corre l'animo nostro à credere le cose desiderate, e massime spinto da qualche pronostico per lo più lusingheuole, e fallace. Questo si verificò nello Scaligero, il quale con apparente, e non bene intesa verità di chi gli haueua predetto, che il Sarego, come riuscì, ma in contrario modo, e fine, con le sue genti doueua quel giorno entrare in Padoua; subito da cento caualli soli accompagnato, s'auuiò in fretta sul Padouano, doue vn più veridico messo con impensata nuoua, & ammonizione salubre, ma amarissima, cacciandoli la falsa allegrezza, e rendendolo à guisa di statua immobile da principio, è causa, che se ne fugga à Verona con i suoi velocemente, la quale ritrouando piena di fuochi, e di bagordi, impedì, e mutò l'allegrezze, e feste per la creduta vittoria da

in scribendi charactere me agnosco, atque ingenuè fate-
or; nemini tamen concedo historica synceritate, diligen
tia, ac libertate. Neque obijciat quis criticus, aut ini-
quus index, multos à me prętèritos, & illustres viros;
nam sanctimonia, & doctrina excellentium Elogia non
elaboraui, ne actum agerem, cum plerique, vel vitis,
vel Elogijs, vel vtrisque, nec vno authore posteritati
commendati fuerint; de quibus tamen, ac de reliquis
proceribus agam fòrsitan vel in Elogijs Oratorijs, Mix-
tis, Sepulcralibus, vel in Notis ad poematia, vel in Sylua
Politica. Age multas familias, & vrbes illustres omi-
sisti, obijciet aliquis; fateor; sed non omnia possum vnus;
tamen commodiori tempore numerum, aut explebo, aut
certè augebo; interim siquis dè omissis hactenus à me
scriberet, non molestum id mihi, sed gratum accideret,
atq; iucundum. Nunc audio Aristarchum, qui me carpit,
quod elaborauerim versus historicè, quasi verò hoc te-
merè molitus, nulloque exemplo sim. Sed audiat quæ-
so Fabium, dum asserit, historiam esse poeticæ affinem,*

solutumque carmen. Adeat non paucos, qui scripsere historicas res, vel ab aliis scriptas historicè in carmina verterunt. Nonne (vt omittam, qui Philosophiæ, Medicinæ, & Agriculturæ præcepta, qui leges vniuersas Reb. pub. veterisque Theologiæ, ac Magiæ arcana ex professo tradidere vincta oratione) aliqui, nec vulgares eruditi vtrumque Testamentum diuinum, non sacras tantùm historias versibus expresserunt? Intèr hos Vgolinus Verinus nobilis sanè scriptor, & Politiano ingeniorum acerrimo censori carum caput, etiam gesta Reipub. Heroum decora, Familiarum origines latinis numeris complexus est, sed non rarò Poeta propior, quàm historico; At ego semper historicam fidem professus, hanc hisce carminibus sociaui, vt numerorum lenitate seueritatem historiæ temperando miscerem vtile dulci.

Florentinorum virtute militari, aut ciuili, vel principatu illuſtrium hiſtorica elogia, & carmina notis illuſtrata.

ELOGIVM PRIMVM.



ARINATA Vbertus Magnanimus, Patriæ Liberator, dux, & princeps Ghibellinorum, militares, ciuileſq; artes edoctus, grauitate conſilij, aſtu, ac robore virium Guelphis terribilis inclaruit ſecundis, & aduerſis. Eques illuſtris peruetuſta familiæ præpotentis amplitudine, Legatione ad Mamphredum Regem, apud quem gratia, & exiſtimatione floruit, bellica virtute, celſitate animi, clementia in paranda, vel fruſtrà ſalute Bondelmontis præcipui hoſtis, vel in ipſo victoriæ feruore, qui nunquam ferè cohibetur: pietate in patriam, quam exitio deuotam in Concilio à Ghibellinis proceribus Emporij habito vnus aduerſus immane decretum tutatus inuictæ vocis tonitru, & enſis fulmine defenſurus immortalem gloriam ſibi peperit. Tantus autem vir notatus ambitione, & arrogantia, vitijs præcipuis validiorum, habitus eſt ob vitam ſplendidam quidem, & magnificam, ſed voluptati deditam Epi-

Huius Elogiũ ſcripſit Iouius & Iu. Roſcius. Legẽdus Razzius in Vita Blondus l. 7. Dec. 2. & in Ita. ill. Bardius in Chron. Volaterr. in Geo. Amm. in Hiſt. & opuſc. Capriolus Io. Vil. & Chroniſtæ, & Hiſtorici Flor. ferè omnes. Albertius Fulgoſius l. 5. Borghin. in Diſ. & in Tractatu Epi. Dantes c. 6. & c. 10. Inf. Dantis Interpretes, maximèq; Landinus, qui etiam in Apo. & alij Scriptores.

cureus: hunc in aduersarios asperiorem fuisse, quàm ciuilis modestia pateretur, asserit, nec fortè iniuria Aretinus, qui tamen videtur paulò iniquior Farinatæ, ac Ghibellinæ factioni Guelphis æquior, vt cæteri ferè scriptores Florentini, Guelphi plerique; Tàm potens est studium factionis, & in regnãtes obsequium. Filios plures genuit Farinata; inter hos Lapum aui nomen referentem Equitem, & Oratorem ad Bonifatium octauum, fęminam, quæ nupsit Guidoni Caualcantio Caualcantis Equitis filio Poetę, ac Philosopho doctissimo, & Actiolinum Equitem tranquillæ mentis firmitudine nobilem, qui, vt Ghibellinus Guelphæ sectæ rebellis capite damnatus ad supplicium cum duceretur, interrogante Neracoctio fratre, ac socio calamitatis, Quò pergimus? respondit animo imperturbato, Imus persolutum debitum nobis relictum à parentibus; scilicet vt hac generosa voce se dignum præberet patre Farinata Patriæ seruatore, cuius pietas id præmij sortita est in filio: ingratam iurè patriam appellares, nisi hoc factum, non patriæ, hoc est totius ciuitatis, sed aduersæ tantùm factionis fuisset ex imperio Caroli primi Andegauensis Siciliæ, & Apulię Regis nuper electi ad certum tempus domini vrbis, quæ nec tota libertate tunc fruebatur, nec totam seruitutem ferebat; non tamen hęc vituperatione caruit Farinatæ genus acritèr persequuta, potiùs memor Arbiensis cladis, quàm Emporiani Concilij. Nimirum languet memoria accepti beneficij, non iniuriæ, & gra-

tia oneri, vltio in quæstu habetur.

Nota prima Magnanimus *compellatur à Dante, à Blondo, ab alijs, & collatus cum Scipione à Fulgosio; & ab Iouio, & cum Camillo ab Ioan. Villano cap.* 88. *lib.* 6. Patriæ liberator *ab Ammirato lib.* 2. *In Farinata fuit (vt asserit Landin. in Apolog.) magnitudo animi Cæsariana, prudentia Fabiana.*

Nota 2. Oratorem ad Bonif. VIII. *Id contigit, cum tot Florentini ciues Legati à tredecim magnis Europæ, Asiæque Principibus maxima pompa, & splendore Pontificem inuiserunt venerabundi, Simeon de Rubeis Eques ab Imperatore Christiano, Vermilius Alphanius Eques à Duce Burgundiæ, Vgulinus Cerchius Eques à Rege Castellano; Rhaynerius Fighineldius Eques à Rege Pannoniæ, Guicciardus Bastarus Eques ab imperio Trapezuntio, ab alijs Regulis ponti Euxini, et Græciæ; Mannus Adimarius Eques à Rege Arragonum & Nauarriæ: Benedictus Nerlius Eques à Rege Cypri, & à M. Magistro Hyerosolomitano, qui tunc in ea insula residebat, Lapus Farinatæ Vbertus Eques à Rege Neapolitano conspicuus superbissimo cultu, & numeroso Equitum comitatu. Benciuennius Fulchius Eques à Rege Poloniæ, & à Rege Rasciæ. Cinus Dietisaluij à Dominis Patauij, & Scaligeris. Pera Peræ Baldouinettus à Domino Camertium, & ab alijs Dinastis S.R.E. rebellibus cum amplissimo mandato Præ-*

ter

ter hos quatuor Florentini Equites Oratores Reip. quos omnes simul videns Pontifex dixit.

Florentinos in rebus humanis esse quintum Elementum.

S. Anton. tit. xx. cap. 8. par. 3. histor. ait Duran. autem dicto Iubileo dictum præfatum Bonifacium VIII. in publico Prælatorum consessu cōcionatū recensuisse se eodem anno xij Legationes quarum Florentini extiterant principes à diuersis mundi Principibus accepisse & legatorum inde nominib. atque familijs palam exhibitis cum nominibus destinantium adiunxit in gloriam itaq; Florentini nominis affirmo in gubernatione orbis terrarum Florentinos aliud elementum fore.

Non me latet, hos Legatos à varijs scriptoribus cum aliqua diuersitate tradi, sed in his recensendis sequutus sum Serdonatum in Casibus, qui profitetur hæc mutuari à Benedicto Deo scriptore non ignoto, nec recenti, qui huiusmodi monumentorum satis curiosus, ac diligens seruator narrat exquisitè Oratorum comitatus, & alia scitu digna, asseritque horum memoriam seruari in Libro aureo cubiculi secreti, quod dicitur Sancta Sanctorum Romæ.

Carolū hunc Italiæ Regem appellat, nobilique Elog. ornat Nicep. Gregoras l. 5. hist.

Nota 3. Caroli primi, *fuit Rex Carolus Guelphæ partis in Italia vindex, & princeps factorum, atq; imperij amplitudine insignis electus à Gaelphis, qui rerum potiebantur, Dominus Reipublicæ ad aliquot annos,*

qui

qui mittebat Vicarios annales, quibus vrbs, veluti consiliarios, & socios creabat duodecim ciues cognomine Bonos viros more veterum Antianorum: sine 12. deliberatione nihil momenti, aut dispendij fieri poterat, imò decreta omnia confirmanda erant in Concilijs, quæ Magnatibus, & popularibus mixta vulgò appellabantur Concilia opportuna.

Io. Vill. l. 7. c. 17.

Amm. l. 3.

Farinatam decessisse anno 1264. testatur sepulchralis liber sepulchreti Sanctę Reparatę, in cuius vigesima pagina extant hæc verba.

Dominus Farinata filius Domini Iacobi Schiattæ de Vbertis. 1264.

Animaduertas Lapum, & Iacobum eße idem nomen, atque ideò non dissentire Borghinium, dum Farinatæ patrem Lapum appellat: Iouium autem errore siuè suo, siuè alieno (cum Iouio mitiùs agam, licet hunc Florentinis iniquum fuisse tradant scriptores aliqui, maximèq; Brutus in Præfatione historiæ, & Garzonius in Platea Vniuersali) veritatis via (ni fallor) deflectere scribentem in Elogio Sed Farinata ingruentibus demum Gallis, & Manfredo ad Beneuentum acie victo, cæsoque, & Guelphis ex ea victoria Florentiæ restitutis, ab ingrata patria, quam seruarat, id præmium tulit, vt extorris Africani Scipionis exemplo in exilio moreretur.

Qui enim conuenit, vt à victoria Caroli è Manfredo relata an. 1266. die suprema Februarij, Farinata in exilium ierit, qui altero iàm anno obierat?

Scripsi anno 1260. secutus Amm. romano more vsū, à quo non discrepant Florentini autores, qui patrio more annum ab Incarn. D.N.I.C. auspicati in annum 1265. victoriam hanc reijciunt.

Leguntur verò in lib. 19. Archiuij Reformat. intèr

Io. Vill. l. 7. c. 17.

Ghibellinos an. 1268. pulsos inferius scripti in Sexto S. Petri Scheraggij in pop. S. Romuli

Fratres, & Filij Domini Farinatæ

Dominus Actiolinus, Dominus Lapus, Nericozza, Conticinus.

Amm. l. 3.

Epigramma.

CVm Ghibellini vellent excindere Floram,
Excidium vetuit Magnanimus Patriæ;
Atque indignatus sic alta silentia rupit,
Quæ modò vox aures vrget iniqua meas?
Heccine vestra fides? hec munera? me ne putatis
Tam vilem, vt patriç funera sæua feram?
Dum geret hunc (ensem stringit) mea dextera, nullis
Cæsa erit, infidi, patria vulneribus;
Ipse meo Patriæ tutabor funere vitam;
PRO patria dulce est viuere, dulce mori.

Hæc est summa orationis, quam habuit Farinata in Emporiano Concilio, vt tradunt Historici varij.

Aliud.

ROobore consilij, bellacis fulmine dextræ
Illustris, victor temporis vsque micat:
Hic patriam ex ipsis ereptam faucibus Orci
Ciuibus egregio munere restituit.

Carpis

Carpis at in patriam quòd duxerit agmina? belli
Et causa, & precium scilicet illa fuit.

Elogium II.

Refertur inter veteres patricios fortitudinis fama celebres Iacobus de Vacca Pactius, magnę virtutis Eques, ac dux agminis Equitum Florentinorum in Arbiensi prælio gesto cum Senensibus nostrorum Ghibellinorum non contemnenda manu, ac Mamfredi prævalido equitatu munitis: in Iacobum strenuè pugnantem, suosque adhortantem Buccas Abbatius Ghibellinus clandestinus Eques illustris infamia è socio proditor equo incitato irruit à tergo, & manum, qua gestabat hic Vexillum Reip. obtruncauit, quam cum Vexillo cadentem sequuta est Guelphorum equitum fuga, ac totius exercitus clades ab Vrbe condita maxima, quæ Guelphum nomen in Etruria prostrauit.

Villa, & Ammirat. alijque script. Floren. Blondus lib. 7 Hist. Fulgos. lib. 9. Razzius in V. Farinatę.

Epigramma.

Dux equitum patrię gerit in certamine læuo
Militis hic partes, officiumq; ducis,
Huic dextram Buccas infida cuspide truncat,

Stemmaque bellantis præcipitat Patriæ :
Vt cecidit fortis patrio cum ſtemmate dextra,
Conſternanti Equites corripuere fugam .
Nunquid in illius dextra Victoria ſedem
Ponere decreuit, qua pereunte cadit ?

Elogium III.

Aldob. hic fortè fuit Eques ille non ignobilis honorifica mentio apud Bor. in Ecc. & Ep. Flor. Landinus in Com. Dan. & alij Ioan. Vill. Ammi. alijq; hiſt. & Chron. Florent. Dant. ca. 6. & c. 10. Inf. ac Land. interp. Volat. Razzius in vita Farinatę. Iouius in Elo. Farinatæ, & alij.

TEghiaius Aldobrandi Adimarius Eques exiſtimatione, rebus geſtis, authoritate, prudentia, virtute, eloquentia domi, militiæque inclytus Aretinam Rempub. rexit primus è Florentinis Aretinorum electione. Antianis Magiſtratui ea tempeſtate ſupremo Florentiæ diſſuadere conatus deliberationem educendi exercitus Montis Alcini defendendi gratia, ſiuè alia cauſa cladem Reipub. imminentem prædixit fęlicior Vates, quàm Orator. Quippè diſſentientibus nequicquam multis nobilibus bellica ſcientia egregijs, temeritate plebis, & Magiſtratus, nominatim Expediti arrogantis popularis Teghiaio, & Cicere Gherardino Equite liberas, fideleſque voces effundentibus vicit optimo conſilio reiecto ſententia peſſima. Verùm mox patuit, in belli deliberatione non Magiſtratui rerum militarium plerumque imperito, at ciuibus militiæ peritiſſimis ſtandum eſſe.

Epigramma.

Consilio, dextraque potens, linguaque disertus
Præstitit, atque sago nobilis, atque toga:
Vrbis Præsidibus bellum, populoque feroci
Detestans Vates verior ille fuit.
Illius ò vtinam audiuisset curia vocem,
Namque hæc cordati pondus amoris habet.

Elogium IV.

Foreses Adimarius Eques è Bonaccurso Bellincionio Equite insigni à Legatione, quam gessit apud Conradinum Regem, genitus magnam sibi famam virtute militari peperit. Guelphorum extorrium imperator adhuc iuuenis exercitum ducens Cacum Rhegiensem Ghibellinorum Heroem inuictum gigantæa planè mole, viribusque formidabilem (Florentinus nunquid Hercules?) prostrauit, Ghibellinos vel potentes inopinata ducis nece consternatos ex Vrbe victor expulit illorum spolijs onustus. Paruo interiecto tempore Guidonis Nouelli Mutilianæ, & Clusentini (hæc regio tunc oppidis non paucis nobilitata florebat) Comitis Palatini in Etruria nuper Vicarij Mamphredi Regis, & Imperatoris Ghibellinorum filiam sibi coniugio deuinxit;

Aret. l. 2. Hist. Land. in Apo. Minius in Dis & digres. Verinius de Illust. Flo. Volat. sed hic errat dum scribit Foresē cecidisse in Insubriæ tumultibus ante prælīū Caroli cū Mamphredo, quem scribit Veri. a Forese cesū, tunc duce Florent. Guelphorum. vt scribit Minius, sed ego neutrū sequor in vtroq; desiderans maiorem authoritatem.

Borghinius in Tract.

Machiau. Am. & alij script. Rerum Flor.

nam Guelphis, Ghibellinisque in patriam reuocatis à populo; vt ciuilis discordiæ faces extinguerentur, intèr primores factionum affinitates, vt fædera pacis institutæ optimo sanè consilio, at irrito; cùm in Guelphis validius odium in aduersarios, ac memoria iniuriarum, & cupido regnãdi in Repub. affinitatum vincula, vt infirma parui fecerint. Multis verò conuolutis annis Foreses vexillum regium gestans fuit vnus è tribus ductoribus Magnatum à Populo diffidentium, iàmque vtroque ordine armato prælium minante aliqui probitate spectabiles pacis authores extitere, & iniquus rigor constitutionum in Magnates aliqua ex parte, vel parua imminutus.

Epigramma.

INclita nobilitas Foresem illustrat, & ensis
Gloria, fulminea martia gesta manus.
Guelphorum princeps dextro Mauorte cateruas
Duxit, & hostiles præcipitauit opes;
Strauit & horrendum procera mole Gigantem,
Herculeaque potens messuit arte caput,
Ghibellini hostes cæso duce consternati
Præcipites turpem corripuere fugam.
Plaude, ò Flora, tuo ciui, Tyrinthius alter
Perdomuit forti grandia terga manu.

Elogium V.

VErius Cerchius Alborum, Cursus verò Donatus Nigrorum Etruriæ principes inclaue-

runt similes magis, an dissimiles incertum. Vtrique Equiti magnitudo animi, prudentia, rerum gestarum fama, bellica virtus, gloriæ cupido, authoritas, existimatio, potentia, & ambitio propè par. In Verio maior opum vis, affinitatum, clientum; in Curso vetustior nobilitas bellicosi generis excellebat, eloquentia, sapientia, quibus inter primos Italiæ Equites habebatur. Hæc animi, & fortunæ ornamenta gratiora reddebat corporis dignitas, lætitia oris, & gratia, qua mirè aptus erat ad animos sibi conciliandos. Vterque Prætor Patauinæ Reipublicæ fuit. Vterque è victoria Campaldinensi ex Aretinis relata Anno Domini M.CC.LXXXIX. magnam gloriam adeptus est. Siquidem Verius vnus è ducibus cum honestè posset effugere onus bellandi, ob ægritudinem cruris, nullo pacto id recusare voluit, imò libera præditus facultate eligendi vicarium sui neminem voluit, at inter primos Vulneratores, quorum munus erat inire prælium, se ipsum, Primipilum, filium, ac nepotes coniecit non alia verba, quàm hæc proferens ME sequatur quisquis patriam amat; gloriosa verba, gloriosius exemplum, quo permoti multi nobiles expulsa formidine se in agmen Vulneratorum contulerunt. Cursus verò tunc Prætor Pistorij duxit postremum agmen ea lege, vt iniussu imperatoris nihil tentaret, nisi capitis supplicium subire vellet; at in prælio cruentissimo, maximique ponderis cum inclinaret victoria ad Aretinos

Amm. in hist. fam. in Opusc. Io. Vill. alijsq; Chron. & hist. Flor. ferè omnes Verinus & Minius, Platina in V. Clem. v. Cypr. Man. li. 2. An. Val. in V. L. Med. Seb. de Rub. in Epist. in qua Chron. particulam refert de Cursio Fulgosus lib. 6. c. de humanis casibus Laur. Pign. in Antenore & in Orig. Pa.

Mat. Palmerius lib. 4. vitæ ciuilis.

tinos, qui noſtros, vel conſtanter reluctantes impetu indomito ſternebant, Curſus, qui diù ſe continuerát ob rigídum iuſſum imperat. continere ſe ampliùs non potuit, ſed generoſa libertate exclamans, O milites, ſi vincamur in bello cadere cum meis ciuibus volo, ſi vincamus, qui velit ad nos Piſtorium veniat ad pænam exigendam, in hoſtes eo impetu irruit miro ſuorum auſu ſequente, vt dubio procul cauſa præcipua noſtræ victoriæ fuerit hoſtibus ingenti clade fuſis. Altero ab hinc anno cum bellum Reſpubl. adornaſſet in Piſanos, vexillum regium honoris ergò datum Curſò, at ignota cauſa cum ab incepto eadem deſiſteret, Verius impatiens publici dedecoris authoritate, quam ſibi conciliarat gloria Campaldinenſis victoriæ, & dignitate Magiſtratus (tunc enim erat Capitaneus partis Guelphæ) effecit, vt exercitus rurſus adornatus præciſa mora educeretur in Piſanos, at fruſtrà pro Piſanis nimirùm bellante pluuia ingenti, ac diuturna, quæ prælium iniri minimè paſſa eſt. Sed hoſtium externorum æmula vi fracta multis bellis fęliciter geſtis Magnatum opes nimiæ, ac æmulatio bellum excitauit domeſticum, quod omni externo longè deterius eſt. Diducta vrbs in Albos, & Nigros (hæc diſſenſio ex vrbe Piſtorienſi manauit) cædibus, exilijs, incendijs populationibus vaſtata ſenſit, vel inuita impotentem potentiam principum vtriuſque factionis cum dedecore Magiſtratuum, detrimento liber-

libertatis, calamitate populi. Nunc enim Verio, nunc Curſo publica re potito, & abuſo indigna non pauca, & ſæua euenere graui cum nota Authorum, maximèq. Curſi. Hic animo inquietus, callidus, immoderatus, nimis alta appetens, iniuriarum memor, & vltor acerrimus rediens in patriam, cuius erat rebellis, ad quam ipſius hortatu, & impulſu Bonifacius Pontifex miſerat Carolum Valeſium Galliarum Regis fratrem, euaſit Princeps, & arbiter imperioſiſſimus, Magiſtratum ſupremum è Prætorio dimouit, aduerſarios quà vi, quá fraude domitos expulit, editis in agro æquè, ac Vrbe exemplis inſanæ crudelitatis. Tot malorum procellam præſentem neque cohibuit Carolus, neq; inſtantem auertere potuit Matheus Aquaſpartanus Cardinalis à Pontifice Legatus, licet affinitatibus, alijſq; rationibus Proceres, & capita factionum Cerchios & Adimarios, Donatos & Pactios pacárit. Diuina Iuſtitia ſcelerum vltrix pęnam parùm diſtulit rapiens Curſo ſpem omnem, ac delicias, ſ. Simonem filium natu maximum, Equitem deſignatum, inter æquales abſolutiſſimum, ſed qui vel ſtudio partis, vel iuuenili feruore præceps Nicolaum Cerchium Equitem auunculum ſuum natali die Seruatoris noſtri prætereuntem platæa S. Crucis, in qua ſacra Concio habebatur, equitantem cum ſocijs inſequutus amicis & ipſe, ſocijſq; equitantibus ſeptus ad Africi pontem adortus cecidit, à quo læthaliter vulneratus inſequenti nocte cecidit, nimirum pręeuntem ſic ſequutus, quem alio ſtudio proſequi debuerat.

Equites deſignati appellabantur vulgò Donzelli.

Nic. fuit Prætor Patauì anno 1300. vt legere eſt in columna impoſita ponti vulgò de' Tadi.

rat. Simonis fatum patris fatum portendit. Hic prostratis Albis, quam sibi deberi arbitrabatur dignitatem nondum adeptus, iniquè ferens in victoriç ciuilis prçmio pares, quos virtute, ac meritis impares sibi iudicabat, nouum bellum ciuile excitauit. Siquidem multos ciues, quibus æs publicum concreditum erat, criminatus, vt rationes ijs extorquerentur, atque in crimine deprçhensi plecterentur, author plerosque adstipulatores sortitus est, quos vel cupiditas mouebat, vel inscitia, nimirum eorum, qui crederent amorè Patriæ ad id Cursum ferri. Hunc sequuti Lotterius della Tosa noster Episcopus, & Magnates quidam in Priores, maximumq; ciuium numerum, post forenses disceptationes arma sumpsere, multis in locis magno animo pugnatum. Hæc dissidia composuere Lucenses, amplissima cum potestate euocati à Rep. mox Nicolaus Cardinalis Pratensis à Pontifice Legatus pacandæ, reformandæq; Reip. opus prosperè susceptum, ad exitum perducere non potuit adeò suspectus Optimatibus, vt postquam irarum plenus Vrbi sacris interdixisset, ad Pontificem redeundum ipsi fuerit. Debacchabantur arma intestina, quibus Cursus aliquando pepercit, sperans se ea ratione futurum vtriusque partis arbitrum, si vtraq; cædibus satiata tandem de transactione cogitaret. Satietate malorum quieuit Vrbs, tamen Cardinalis ad Pontificē reuersus, exploratisque nouis Florentinorum turbis in hos acerrimè inuectus, illi author extitit, vt duodecim Florentiæ primarios ad se exciret; euocantur

à Pon-

à Pontifice, dicto omnes parent, inter hos Cursus quibus splendida, numerosaq; cum cohorte digressis Cardinalis iniqua calliditate vsus, & acceptæ iniuriæ magìs memor, quàm mansuetudinis, quæ sacratos Principes decet, exules Florentinos, cæterosque Albos, Ghibellinosque Thusciæ, ac Romandiolæ per litteras hortatus est, vt Vrbem ducibus destitutam peterent. Illi exercitu non contemnendo instructi Florentiam vi occupare conati, vi repulsi, ac penè victores victi. Interim Pontifex decesserat, reuertitur Cursus, at malis auibus. Huic ambitio, & potentia nimia, & formidabilis odium capitale peperit. Bipartita factione ipsa Nigrorum, nouę partis Principes Rossus della Tosa, Pazzinus Pazzius; Gerius Spina, Bettusq; Brunelleschus Equites clarissimi in vulgus spargunt Cursum Tyrannidem moliri, id verum ne, an falsum nō ausim affirmare, tamen facilè creditum, quod viri mores, & potentia ciuilem modum excederet, præsertím cum Hugotionis Faggiolani Ghibellinorum, Alborumq; in Thuscia Principis bellica virtute, fortunaq; inclyti filiam secundo coniugio sibi deuinxerit: hinc alienata plebe aduersarijs enitentibus Cursus tanquam tyrannidem subsidio Hugotionis moliatur, accusatus in iudicium vocatur à Prætore vrbano pro rebelle damnatur altera nondum hora accusationem inter, atque sententiam elapsa. Magistratus, Prætor, Præfectus, vulgò Capitaneus, Exequutor cùm populo sub vexilla distributo ad Cursi ædes confestim profecti. Hic infracto

Gerius in maxima authoritate fuit apud Bon. 8. vt traditur à Boccaccio, qui Orettam eius coniugem celebrat.

animo minimè territus, quòd se magna suorum parte desertum, sententiam in se latam, armatos Magistratus, denique multitudine inimicorum circumuallatum cerneret, ædes suas mira celeritate munierat, sperans posse tantisper defendere, donec Hugotionis auxilia ociùs petita subuenirent, nec tantum ędes, sed etiam vias, quæ eò ducebant, obijcibus, vallisq́. sepserat, quas tàm strenuè cũ suæ partis viris defendebat, vt populo, vel numero longè superiori, ea superare arduum esset, adeò nitebat peritia Cursi in his certaminibus, & fluctuabant animi aliquorũ ciuium, qui non eo ardore, quo cæteri, sumpserant arma in Cursum, quem proditum ab aduersarijs rebantur. Pugnabatur vtrinque non sine vulneribus, & cęde plurimorum: demúm populus, cum vincere aliter nequiret, Cursum perforato muro viridarij propinqui à tergo, cum Equitibus cataphractis adortus est. Ergo dum hostem Cursus vndequaque ingruere, neq; in Hugutionis auxilijs, qui, cum ad Remolenses vsq; aduolasset, cum copijs retro cesserat, opem obsesso genero allaturum se posse diffisus, neque in amicis partim deficientibus quicquã spei superesse animaduerteret, non de victoria, sed de salute sollicitus, conglobata fortissimorum amicorum manu per confertissimos hostes vi via patefacta per portam à Cruce denominatam exiuit. Verúm multis ciuibus ardentiús ipsum, & socios, qui miserè periére, persecutis, Cursus ab equitibus Catelaunis Reip. merentibus propè Rouezzanum captus, cum Florentiam versus duce-

duceretur, ne hostium de victoria superbientium spectaculum, ac ludibrium foret, cum nihil orando, & pollicendo proficeret, ex equo sponte volens cecidit, vt ferro petitus occumberet. Quæ,nec alijs deest, non defuit mors optata, ab vno,qui ipsum ducebant, iugulatus occubuit anno 1308. Cadauer Monaci ad S. Saluium sepulturæ tradidère.

Nota 1. Vterq; Prætor Patau. Reipub. *Cursus fuit an. 1287. vt scribit Angelus Portinarius lib. 4. de felicitate Pat. Verius autem,qui vocatur Oliuerius à Priorista, & à Laurentio Pignoria in Originib. Pat. fuerat Prætor an. 1284. cuius extat monumentũ haud ignobile in testudine, quæ tegit sepulchrum Antenoris, in cuius parte Septentrionali legitur hoc Epigramma.* Hic filius Gherardini Equitis Prioratum gessit an. 1292

Cum quater alma Dei natalia viderat orbis
Post decies octo mille ducenta super
Extulit hæc Paduæ Præses cui nomen oliue
Cognomen Circi, patria Floris erat.

Sub his carminibus tria scuta visuntur, in 1. Cerchiæ gentis insigne, in altero Crux vrbis,in 3. Gallicanũ stēma.
Cursus prætereà fuit Prætor Vrbisueteris ann. 1299. teste Cypriano Manente Hist. lib. 2. De Curso hæc habet 2. par. Hist. ac temporum Sozomenus Presbyter, & Canonicus Pistoriensis, quæ m. s. extat in Bib. Canon. Regular. Abb. Fesul.

Præter has duas subsidiariam aciem extrà ordinem vnam ex Pistoriensibus & alijs socijs, quibus Cursus Donatus Eques Flor. præerat &c. Cursus Donatus inter

inter hæc, qui extraordinariæ præerat aciei, intellecto suorum periculo aciem concitauit & extransuerso hostem inuadit, & in fugam vertit.

Not. 2. Magnatum opes nimiæ.

De nimijs opibus, æmulatione, ac potentia imperiosa Magnatũ consentiunt Scriptores, intèr quos D. Anton. §. xiij. De Diuis: rixis, & seditionibus ortis Florent. Quum eo tempore Ciuitas illa floreret potentia, & diuitijs, & nobilitate stirpium, adeò vt Ciuitas ipsa Flor. triginta millia hominum in se cõtineret aptos ad arma; & districtus eius LXX. millia: tanta prosperitate abusi,

At in sequenti. C. I. Circulorum quidem familia erat ad pacem aptior tranquilli homines maximis pręditi diuitijs ciuili moderatione, & innocenria.

Constat etiam apud scriptores de splendida, & voluptuosa vita, quam agebant plerumq; Magnates, maximèq; Equites, qui tunc Milites appellabantur.

Elogium VI.

Vinc. Borg. in tract. Ecc. & Episc. Flor. Idem in Dis. Vellutius. Ammir. Io. Vill. alijq; scriptores.

ANtonium de Vrso Marchionem Piceni, sacratum Patriæ Antistitem martialis animi, dexteræq; virtus Heroibus inserit Florentinis. Hic probitate, ac magnificentia spectabilis, sapientiæ, atq; fortitudinis multa documenta dedit præsertím in obsidione Florentiæ. Cum enim Henricus VII. Cæsar valido exercitu Vrbem ferè imparatam, murisq; non omninò septam obsideret, primus omnium Antonius Pręsul ciues àd communis patrię defensionem

horta-

hortatu, & exemplo excitauit cum suis Chlericis ad portas tutandas armatus. Quid desperandum sacro Duce, togatis bellantibus? Hanc virtutem fortè miratus hostis Henricus, vel odit, vel amauit, certè sensit non sine detrimento, ac dedecore, qui profligata spe potiundæ Vrbis demum victus potiús, quàm victor discessit. Fatalis Cæsaribus Henricis Florentię frustrà obsidėdæ labor, scilicèt huius nominis tertius retroactis sęculis parem exitũ habuit par viribus.

Fatali certè necessitate ex humanis abreptus est Antonius an. 1321. cum Florent. Pontificatum 12. annos administrasset.

Nota 1. Marchionem Piceni. *Libet exscribere particulam Scriptoris prisci, ac fide digni ob dignitates summas, ób simplicitatem in scribendo. Hic fuit Donatus Vellutius I.C. in monumentis, seù commentario suæ familiæ, quem scripsit anno* 1367.

Di quella che fú madre del detto Vescouo Antonio non credo sia oggi persona, ne fù il detto Vescouo, che fú vn valoroso, e dà bene huomo, e fù Marchese della Marcha & tenne grande stato, & in Firenze molto amato, fece fare il bello Palagio che è à San Miniato à Monte, e Santo Antonio da Montughi, portaua sua roba Gherardo di di Filippo mio zio, e Simone di Taddeo di M. Lambertuccio, è gran tempo con lui si ripararono; Morì già, e piú di 40. anni, & io vi fui, è riposto in Santa Liberata nel bello auello, e sepoltura è da' lato di dentro dinanzi tra le due porte.

Nota 2. Henricus &c. huius nominis III. *Aliquid de hoc Cęsare maximę, sed varię famę scribendum reor; vt clarius intelligatur, cui hosti restiterint Florentini. Is magnis vitijs, ac virtutibus affinibus, vti multi Principes, insignis M. Marcellum, & Cęsarem ipsum Romani Herois exemplar, romani imperij conditorem supergressus bis, & sexagies collatis signis cum hoste conflixit omnium Imperatorũ pugnacissimus In Saxones arma sępiùs intentata, quibuscum congressus semper ferè victoriã retulit, Rodulphum eorũ Regem supremo certamine fugatum etiam interfecit. Sed magnam bellica virtute famam, malam insectatione Ro. Pontificum consecutus est ab his primus Imperatorum post Arcadium Diris Pontificijs petitus. Causas non datur inquirere, nedum iudicare. Tamen non laudabis Greg. Pont. ab eo obsessum; adulterinos superinductos: dolis & veneno etiam in illos grassatum: impeditum sępè sacrum bellum à Christianis Principibus susceptum, confectumq; virtute, ac fęlicitate memorabili, exilio, quo hęc exanimata fuit, istam matrem optimam. Sed ab Henrico (hunc Itali scriptores quartum, Germani verò 5. compellant) filio, an hoste? demùm superatus, & in quodam oppido (vt quidam tradunt) custoditus vitę cursum infauste terminans longissimo imperio viduatus & aqua & igni interdictus anno 1106. expirauit illustri documento mortalibus, A Deo vltore scelerum humanę, diuinęq; legis in Rom: pontif. qui omnium est principum pater, & in Matre violata contemptores digna pęna mulctari.*

Ex Vitis Imp. Petri Messię Ex Ignatij l. 3. Cęsarum, quẽ hic secuti sumus, licet ab hoc dissentiat Io. Bonif. nominans hunc Henricum IV.

Elogi-

Elogium VII.

NIcolaus Acciaiolus Eques, M. Seneſchallus regnorum Siciliæ, ac Hyeruſalem; Comes Palatinus, Melphitenſis, Melitenſis, Hyeracenſis: Dominus Corinthi, & aliarũ Vrbiũ tres an. cum Grę-cis bellauit ad ineundam Achaiæ poſſeſſionem in Peloponneſum miſſus ab inclito Rege Roberto; cuius nomine Legationes, & munera geſſit honeſtiſſima. Ludouici Tarentini, & Ioannæ primæ exercituum terra, marique imperator præcipuas vrbes, & prouincias Neapolitani regni non ſemel recuperauit ſuperatis hoſtibus tùm exteris, cùm domeſticis. Maximam Siciliæ partem bis adeptus Blancam, ac Violantem Regis Federici ſorores captiuas duxit proſpero rerum curſu. At rarò eundem tenorem ſeruat Fortuna, quam indulgentem expertus, reluctantem ſenſit in obſidione vrbis Catanenſis. In hanc Federici Regis ſedem miſſi Acciaiolus, Rhaymundus Baltius Comes Camerarius cum mille quingentis equitibus, & numeroſo peditatu, quatuor triremes armatæ cum duobus nauibus, vt à mari obſiderent vrbem, & exercitui commeatum ſuppeditarent; aduerſo caſu diſiecta, & proſtrata omnia. Pyratæ Catelauni egregij claſſem noctù, & arte adorti duas cum duab. nauib. triremes capiunt, reli-

Palmerius in Vita Nic. Capriolus Aretinus & Carapha in hiſt. Tres Villanij in Chron. T. Coſtus in Notis in Collenucium Ammir. in hiſt. in fam. Neapol. & Flor. alijq; ſcript. quorũ pręcipuos vide in Notis.

quæ fuga salutem sibi parant. Ideò exercitus opportunitatè commeatuum spoliatus ità despondet animum, vt ab incepto desistens timore consiliario degeneri redeat dedecore, damnoq; affectus; quippè à tergo sollicitatus à 150. equitib. Catelaunis vrbe erumpentib. à magna vi agrestium frangitur quà cæsus, quà captus. Inter captiuos ipse Comes Camerarius; Acciaiolus equi velocitate saluus amissa gaza pretiosiss. Hic an. 1360. ab Inn. VI. apud quē Legatum Regis agebat, Rosa aurea donatur nobili encomio, & beneficijs amplissimis ornatus Senatoriam R. dignitatem perpetuam, Præfecturam Patrimonij, Comitatum Latij accipere noluit absque regia venia nō minus honoris in his honoribus repudiandis meritus. A Pont. missus ad Barnabam Vicecomitem acerrimum Bononiæ ergò hostem, ob ineundam, si posset æquis conditionibus, concordiam, hac minimè conciliata dux vnà cum Hispano Cardinali Legato Apostolico bellum administrans, quam hosti præpotenti retrocedere coacto ademit, existimationem Pontifici peperit. Hinc Gubernator Bononiæ, & Romandiolæ Comes constitutus fugauit hostes pugnam detrectantes, & Parmę continere, ac munire se coactos: mox à Rege accitus, creatus Locumtenens, alter ferè Rex multa domi, militiæque gessit posteritati commendanda, heros sanè memorabilis prudentia in temperandis Regnis, patrocinio literarum, pietate in Deum, cui Templa dicauit, & in patriam, quam bello cum Pisanis implicitam An.

1362

1362. duabus triremibus proprio ęre ornatis opportunè fouit hostes acriter diuexans, illamque donauerat iuribus omnibus, quę in oppido Prati Etruriæ habebat, author insuper, vt Rex Ludouicus oppidi summus dominus hoc Reipub. venderet. Insignis præterea Nicolai liberalitas in consanguineos, quos oppidis donauit, & in alios; Par constantia, cuius illustre argumentum præbuit in filij natu maximi, & amatissimi acerba, maximèque importuna morte fortiter ferenda: Fides in Ludouicum singularis, quem Regno eiectum, ac spe Regni profligata erexit, non consilio solùm, ac ferro, sed auro, & pectore suorum constantissimè tutatus: alięque virtutes planę heroicę. Huic non propria tantum, sed & filiorum, ac gentilium amplitudo parauit decus immortale: Mortalitatem verò expleuit annum agens 56. Anno Domini 1366. Neapoli Pro Rex Apuliæ, quod Regnum, vt Nauis erepto rectore seditionum procellis agitatum fluctuare cepit. At Nicolaus in Chartusio Florentiæ proximo, quod Cænobium, Templumque regio splendore fabricauit, ornauitq; maximè sacra suppellectili amplissima, sepulcri scilicet non immemor tumulatus quiescit corpore, cuius anima testimonio Sanctæ Brigithæ, quæ mortem eiusdem, vel nullo morbo affecti prędixerat Lapæ, à qua domi excepta fuerat, æternæ salutis particeps est ob pietatem munificam. Tantò autem Heroi labem imposuit aliquando Florentiæ luxus splendidissimæ, ac delicatæ vitæ, nàm Regius orator ad Cæ-

 sarem,

ſarem, & ad Rempublicam ſeptus magno comitatu Baronum, & Equitum Neapolitanorum miro veſtium, ac gemmarum iubare præfulgentium in horum iuuenum gratiam, & ad captandam auram Ciuitatis conuiuia, & Choreas cum fœminis in Vrbe, & in agro diù continuauit teneris moribus Neapolitanis imbutus, nec id amplitudine ſua, nec tempore geniali (Ver tunc erat) indignum ratus: at ſecus iudicabant ciues ſeueriores quidem iudices, qui ób Regni calamitatem, ac Italiæ vices fortitudinem animi aliàs à Nicolao patefactam requirebant, non mollitiem muliebrem, obliquis fortè oculis alienæ potentiæ ſpeciem aſpicientes. Hinc Nicolaus ſubſidium aduersùs Comitem Landum ducem Magnæ ſocietatis regnum diripientis poſtulatum non ſemel obtinere non potuit, quod aliàs, nec rogatum obtinuiſſet, ſalutari certè, ſed amaro experimento edoctus, Non eadem omnibus temporibus, ac locis decora.

Nota 1. Patrocinio litterarum. *Nicolaus apud Carolum IV. Cæſarem Legatus Piſas habuit comitem viæ, vt Principem, vt bellatorem decet, Zenobium Stratam Florentinum, quem in aula Regia Neapoli collocauit. Hic Ioannis Grammatici filius, eloquentia gemina instructus in Acciaioli gratiam vertit in linguam noſtram moralem expoſitionem S. Gregorij in Iob. Laudes primi Africani heroicè ſcribere aggreſſus, id operis Petrarchæ molienti ceſſit prudenti modeſtia.*

Hic liber M.S. ſeruatur in B. Gad.

Petrarca ſcripſit duas epiſt. heroico carmine Zenobio Grãmatico.

Iac. à Burgo in comp. Lan. in Apol.

Aliæ

Alia scripsit iuncta, solutaque oratione maximam sui opinionem excitans. Hinc patrono Acciaiolo euehente, vt Poeta egregius in publico Concilio Coronatur à Cesaream plo cum honore, ac pompa Pisis an. 1355. men. Maij, scilicet Vere vernans, cui Ver liberale frondem protulit Apollineam. Per eundem Nicolaum, suamque virtutem Zenobius S. Pontifici notus ab hoc Prothonotarij dignitatem accepit.

Catal. Script. M. Vill. qui c. 26. l. V. asserit tunc viuere duos ciues Flor. Poetas excellentes Laureatos.

Vitę castissimæ vir virgineum creditus seruasse florem illibatum occubuit an. D. 1363. & honorificè sepultus Auenionensi in vrbe. Breuem huius Vitam scripsit Philip. Villanus, cuius particulam cum particulis Vitæ Nicol. exscribere non erit iniucundum, vt reor, nec inutile.

Ma considerando il Magnanimo Niccola delli Acciaioli del quale dopo poco diremo, huomo d'ordine Militare, & del regno di Sicilia secondo i suo meriti, dopò il Re Gouernatore, & massimo Siniscalco, & nel suo secolo vnico de' nostri à cui è debita la memoria della gloria militare: & ragguardando lo stato di esso Zanobi debole, & non esser atto di acquistar laude, & lui contemplando dalla puerile disciplina lo ritrasse & collocollo nella reale corte di Napoli doue in tanta dignità peruenne che il Sommo Pont. con speranza di più alto grado si degnò promouerlo à i piedi Apostolici à dignità di Prete Notario.

In Vita Zenobij.

Niccolò altrimenti Niccola della nobile popolana & mercantile

Vita Nicolai.

tile famiglia delli Acciaiuoli del'ordine militare; ma d'animo reale e grande & per la grandezza delle cose da lui felicemente, & con gran consiglio fatte huomo memorabile. Questo à nostri tempi diuenne in fama grandissimo & il suo Padre hebbe nome Acciaiolo nato naturalmente & vn poco meno che legittimo ma per i meriti della vita degno d'essere alli legittimi preferito.

Auuenne in quei tempi che per la morte del Rè Andrea Giouanna Regina di Sicilia & di Ierusalem rimase vedoua et con molta ansietà pensaua d'vn huomo à cui quel Regno si douesse appartenere. Ma Niccola gli persuase, che à Luigi figliuolo dell'Imperatrice si maritasse. Et acconsentendo la Regina, esso Luigi per la pusillanimità dell'animo non si ardiua, ilquale niente dimeno quasi trantisi indietro come se p mano il traesse infino al letto maritale lo conduste. Onde Luigi per ciò diuentò Rè, & fe Niccola Luogotenente & gran Siniscalco del Regno di Sicilia, e quasi dopò se vn altro Rè, i cui grandi e memorandi fatti &c.

Essendo senza lettere fù di facondia marauigliosa. A costui fù familiarissimo Zenobio Poeta imperòche egli amaua molto gli huomini dotti, & haueuagli in honore & aiutauagli, per la cui intercessione da Carlo IV. Imperatore fù Laureato à Pisa.

Nicolaus verò, ne tantum viuens litteras foueret, posthuma liberalitate perennem laudem meritus in Cœnobio Carthusij Florentini ędificare cępit domum studere volentibus,

lentibus, cui ea legauit testamento bona, vt horum redditus alerent tres scientiarum Doctores stipendio condigno ornandos, & quinquaginta discipulos, ideoque multos libros coemit omnium disciplinarum collocandos in Bibliotheca, quam construendam statuerat.

Nota. 2. In consanguineos quos oppidis donauit, *scilicet Lapam sororem, Margaritam Spinam coniugem Nerium cuius Elogium lege pagina 42. & Angelum Alamanni filium Equitem. Virumque sibi adoptione filium parauit: hic frater Petri Episcopi Corynthi plures Baronias in Achaia accepit à Nicolao, quem in omnibus bellis sequutus erat, relictas, qui debebat perficere matrimonium cum filia Ducis Ayospelagi.*

Nota. 3. Filij natu maximi. *Hic fuit Laurentius, vt ceteri, Eques, Regis Ludouici Tarentini, & Reginæ Ioannæ Locumtenens in Calabria, Arcis Neapolitanæ Præses, dux egregius ob obsidionem Melphitensi in oppido septem menses constanter latam ità vt miles Ludouici Pannoniæ Regis, qui Neapolitanum Regnum vniuersum in deditionem acceperat, profligata spe potiundi oppidi discesserit. Laurentij cadauer splendidissima pompa funebri elatum an.* 1354. *conditur Chartusio.*

Scipt. fam. Palme. Amm. in hist. Mat. Vill. qui cap. 12. l. p. et 63. l. 3. Laur. à corporis, animiq; ornamen. commendans appellat magnũ Baronem, et Nic. Magnanimum.

Bzouius in Ann. refert In strum. pacis inter Ioannã Siciliæ Reginam, et Fredericum Aragonium.

Huius Frater Angelus Comes Melphitensis, ac Melitensis, Dominus Corinthi cum tota sua prouincia & Castellania

nia

Trinacriæ detentorem, in quo hæc subscriptio, Præsentibus ad prædicta Venerabili P. Nicolao Bar. Archie. Mag. viris Rhaymundo de Baucio Soleti Comite M. Regni Siciliæ Camerario, Angelo de Acciaiolis de Florentia, Comite, M. Regni Siciliæ Senescallo.

nia Rapollæ, Tropeæ, Giracij vrbium; oppidorum, castrorum complurium in prouincijs Basilicata, Calabriæ, Principatus citrà, et in Aprutina; in principatu Achaiæ; Magnus Seneschallus regnorum, Pro Dux Calabriæ, Pro Rex Siciliæ, regiarum copiarum terra, marique imperator duxit vxorem filiam Antonij Grimaldi dotatam oppido S. Georgij in Calabria, ex qua susceptam Gillam coniunxit Ludouico Seuerinati Comiti Policastri, & regni Mareschallo, Messinam verò Conrado primogenito Conradi Aquauiuæ Comitis S. Valentini, filiosq; reliquit Robertum Equitem, comitem Melphitensem, & Melitensem, Magnumque Senescallum Regnorum; Franciscum, & Ioannem aliorum oppidorum patris hæredes.

Benedictus Comes Asculi, Regis Ladislai Orator ad Rempublic. anno 1408. *& Reipub ad Iacobum Hungariæ, Hierusalem, & Siciliæ Regem, & ad Reginam Ioannam II. ann.* 1415. *De hac Legatione, deque virtute, ac dignitate Nicolai, & filiorum extat Reipub. testimonium amplissimum; nàm inter alia iniuncta Benedicto, Laurentio Rodulpho, alijsq; collegis adest hoc mandatum.*

Libro d'Instruzzioni a Imbasciatori Fiorentini dal 1411. al 13.

Appresso ricordata la deuotione, fede e le laudabili operazioni di M. Nicola Acciaioli per adrietro Gran Siniscalco, & quella del padre e de suoi successori e l'amore, e dilezzione che i gloriosissimi Rè suoi antecessori hanno loro portato & delle gratie preminenze e Signorie à loro con-

concedute, le quali pacificamente con molta loro laude, & fama hanno giustamente gouernate possedute lunghissimi tempi per insin' à due anni ò circa passati, delle quali non per loro mancamento, ò difetto, peroche di loro nulla macula quantunque minima fù mai trouata, ma da loro emuli, e per inuidia pensiamo procedesse, che dalla felice memoria del Rè Ladislao ne furono priuati M. Benedetto Conte d'Ascoli, M. Ruberto Gran Siniscalco, e Conte di Melphi, M. Lorenzo che ciascuno per se hauea dignità, e Signoria.

Il perche deuotissimamente supplicherete la reale clemenza che si degni i predetti suoi deuotissimi seruidori e nostri honoreuoli Cittadini hauere raccomandati & restituirgli nelle loro dignità possessioni, e gradi come erano innanzi parlando per lo fauore, e restituzione de predetti con quel modo, e parole che parranno vtili, & dimostrãdo alla Maestà del Rè che compiacẽdoci di questo, à tutta la nostra Città sarà gratissimo quanto alcuna altra cosa fare ci potesse & in singolarissima grazia ce lo riputaremo, però che questa famiglia delli Acciaioli singularmente è stata amata da tutto il nostro popolo in tutti i tempi quanto alcuna altra.

Minimus frater fuit Laurentius alter, Iustitiarius Calabriæ, Dynasta multorum oppidorum in regno Neapolitano & in Peloponneso.

Nota. 4. Pro Rex Apuliæ. *Nicolaus à Volaterrano de Reb. Florent. appellatur* Eques Neapoli apud Ioannam Vice Rex potentissimus; *& Iac. Phil. Berg. l.* 14.

Nicolaus acciolus eques florentinus vir strenuus: & in rebus gerendis sapientissimus: hoc anno in apuliæ regno ioannæ reginæ nomine gubernator honorabilis existens: anno ætatis suæ 56. Neapoli moritur: quo mortuo: nonnulli tumultus in ipso regno atque prouincia exoriri cœperunt. *& Platina in Vita Vrbani V. ab his non dissidet.*

Nicolaum preterea Borghinus, Vasarus, Mellinus in Des. Magnum Comitem stabilem regni compellant errore, siuè typographi, siuè suo, cum cæteri scriptores, quos hac in re sequi tutiùs puto, Magnum Seneschallum compellent; at speciem veritatis habet hic error, nam etiam si Nicolaus non fuerit nomine Magnus Comes stabilis, re tamen fuisse videtur, cum imperauerit exercitibus regijs terra, marique.

Nota. 5. Lapæ. *Hæc pietate, & amicitia cum S. Brigida nobilis mater fuit Esau Bondelmontij Baronis Basciani, & Castagnæ in Brutijs, Despoti Ambraciæ Zacynthi, & Romaniȩ, quem aliqui Scriptores Regem Romaniȩ compellant. Lapæ frater Nicolaus magnam vim pecuniȩ reliquit, vt ȩdificaret cœnobium mulierum.*

Altera soror Andrȩa Comitissa Montis Odorisij, & Altauillȩ,

tauillȩ,

tauillæ, matrona moribus, ingenio, ac virtutibus conspicua, cui Boccaccius dicauit librum de Claris Mulieribus.

Nota. 6. pietatem munificam. *Pietatis, & munificentię exempla multa reliquit Nicolaus, nam pręter memorata in Elogio, & notis superioribus auxit Cœnobium Chartusij propinquum Neapoli Monachorum numero aucto, quibus multa bona immobilia reliquit. Imperauit testamento; vt in Achaia cęnobium institueretur D. Benedicti Monachis incolendum. Sacella instituit; Sacerdotibus, & pauperibus plurimis erogandam stipem legauit testamento, quod cum admiratione legeres. Nec solum piè magnificus; condidit arces munitissimas varijs in locis, & Neapoli ędem sibi adornauit.*

Deditus verò continentèr cultui diuino iter ad S. Sepulcrum an. 1351. *suscepit. Ieiunia ab Ecclesia imperata adeò religiosè obseruabat, vt toto die nil aliud, quam panis frustum comederet puram aquam bibens.*

Epigramma.

Consilio, dextraque potens, titulisque decorus
Virtutis summæ plurima signa dedit.
Immortale igitur Nicolai nomen in orbe,
Posthuma & illius gloria semper erit.

Nota. 1. *Præter alios script. Virtutem, ac laudes Nicolai celebrauit Florentinæ Poeseos Princeps Petrarca lib. 3. Epist. Metricarum Epist. ad Nicolaum Florentinum Magnum regni Siciliæ Seneschallum.*

Sic appellatur ab Io. M. Tosc. à quo hæc addûtur. Pet. Flor. nec parem Italia, nec peperit secundum.

Si iuuat agricolam, &c.

Eiusdem Pet. Epist. ad D. N. de Acciaiolis Magnum Sinisc. extat in prisco libro m. s. Bib. Gad. quæ incipit Iam tandem vir clarissime &c.

Elo-

Elogium. VIII.

PEtrus Albitius amplitudine generis, affinium vi, opibus, acris ingenij vigore munitus. Caput Albitianæ factionis Ricciana depressa euasit arbiter Reipub. imperiosus quidem, formidatus, ac exosus æmulis ciuibus, & multitudini, illustris verò fama potentiæ, atque consilij floruit diù gratia principum amplissimorum, maximèque S. Pontif. ob Guelphi nominis tutelam, qui in Petri gratiam Purpura insigniuit Petrum Corsinium illius è sorore nepotem. Albitius tamen parta potentia abusus specie purgandæ Vrbis, à Ghibellinis permultos à Reipubl. administratione expungendo odium multorum, quos affecerat iniuria, iurè sibi conflauit. Id vt vitaret, à publicis muneribus amotus secessit in Regnum Neapolitanum, & à Regina Ioanna prima præpositus prouinciæ Brutiorum trans flumen Piscariam insignitus titulo Iusticiarij magnam commendationem in obsidione oppidi Caramamnici adeptus est. Huius vel absentis authoritas in Repub. non multum imminuta vigente authoritate Capitaneorum Partis Guelphæ, ità vt specie magis, quam re potentiam amiserit Petrus. Verum imperantibus Florentiæ Ciompis (hoc imperium vt violentum non diù tenuere, quippe plebeium genus habilius est ad eripiendum illud alijs, quàm seruandum sibi)

Meschion Stephanus.

Aretinus, & Pittius.

Ginus Cap. in Monim. Mac.

Lud. Dom. I. 10. Dict. factorumq; Rom.

Francus Sacchettus.

Iud. Guicciar. in Horis.

Minius in Dis. & Digress.

Amm. in fam. Alb. et in hist. multoties.

depressus vna cum gente Albitia vniuersa, cui incensæ promiscuò fuerunt ædes, demum ob suspicionem coniurationis in præsens regimen, ac rectores, illius innocens (vt multorum opinio viguit) de bacchante plebe impulsa, ac seducta ab æmulis, & iniquis ciuibus tunc dominantibus infracto, ac volenti animo cædem tulit capite damnatus, vt suos ab impendenti exitio vindicaret, non pugnando, sed cadendo. Fuerat scilicet expertus vtramque fortunam, cuius rotæ lubricæ clauum minimè fixerat, vel admonitus haud obscuro documento, amici, an inimici incertum, qui Petro multos ciues olim excipienti conuiuio donauerat clauum, nobile profectò, ac salubre munus, vel inimici, si hoc, qua par erat mente, excepisset Petrus. Huius exemplo doctus ex fratre nepos Masus Eques cognomine Generosus, ac tertiùm Vexillifer prudentia ciuili cupiditates cohibens constituit sibi potentiam infractam in Repub. quam diù rexit, ornauitque princeps multis virtutum exemplis editis; nimirum patruo, & filio Rhaynaldo vt modestior, sic fælicior.

ODE.

Viden, niuali marmore candicans,
Nigroque moles nobilis, & rubro
Minatur astris, ac superbo
Vertice nubiferos Penates.
Vrget sequaci lumine celsior?
Hæc, si trisulco fulmine dissita,
Tellure vel rupta deorsum
Corruat, & scopulis reuulsis.
Præceps feratur non docilis regi,
Ædes minores ardua ciuium
Quantis fatigaret ruinis,
Et pauidas hominum cateruas
Quàm sæua clades, quàm miserabilis
Videre turrem syderibus parem,
Turris gigantæos & artus
Exitio cecidisse crudo,
Molis ruina est aereæ soror,
Herois excelsi inuidia est comes,
Quem sæpe fortuna reflante
Vertice præcipitat supremo.
Quis ò Senatus florigeri modò
Stantem columnam proruit impetus?
Insanientis turbo sortis,
Inuidiæ furialis Auster?
En ille rector nobilis inclytæ
Floræ, superbo qui pede celsior

Calcauit obstantes cateruas
Arbiter imperiosus vrbis.
Prestans aheni robore consili,
Rerumque prudens, ingenio sagax,
Et classe gentili, & clientum
Agmine nobiliore septus.
Quem roboratæ fama potentię,
Et maximorum gratia Principum
Vallabat, his nixum columnis
Scilicet imperium vigebat.
Illius ergò Clauiger ætheris
Vrbanus alto munere Præsulem
Corsinum Petri nepotem
Romuleo decorauit ostro.
Nunc, heù crematos post patrios lares
(Fortuna voluit lubrica dùm rotam)
A plebe debacchante victus
Fata miser lacrymanda perfert.
Erraui, inertes sint lacrymæ procul?
Non omne Petri disperijt iubar,
Nam sæuientis ille sortis
Fulmina nec timuit, nec enses.
Quamuis senectus frigida languidos
Artus domaret corporis, integer
Hic mentis infractæ rigorem
Acre potens triplici tuetur.
Ausus seuerum visere iudicem
Vultu sereno fortis, & horridam

A plebe

A Plebe strictas in ruinam
Despicit impauidus secures,
Largus cruoris, nominis appetens.
Amore prolis, coniugis, ac domus
Hortatur ad cędem ferendam
Fortiter, inuidiæq; fulmen
Ciues, procellæ, quos eadem rapit
Vis naufragantes; Ergò alacres viri
(Spes nulla cum vitæ nitescat)
Lethiferum calicem bibamus,
Quem sors rebellis nunc, priùs ęquior
Nobis propinat, faucibus arduis,
Illam sat experti secundam,
Nobilius toleranda læua.
Est dura cædis nempè necessitas,
Augustiori sæpius attamen
Virtute munitos subegit,
Fascibus & validos supremis
Si corde fertur mors fera nobili,
Ac stante vultu, nobilis emicat,
At, si reluctanti feratur
Pectore, fœmineoque ritu
Amica quamuis, turpior euenit
Mors vna restat, spes fugit improba,
Nunc robur infractum, vel hosti
Pectoris eniteat verendum
plebis cruentæ sanguineam sitim
Cruore nostro extinguere iam decet,
Natisque nostris quos, & vltrix

Hęc oratio est summa orationis, quam habuisse Petrum scribit Ammir. lib. 14. Hist.

F *Coniu-*

Coniugibus meditatur ignes,
Impulsa iniquis scilicet æmulis
Plebs, quæ ruina doctior inclytos
Vrgere ciues execranda,
Mox eadem colit interemptos.
Ergo secantes, ò socij moras
Seruate caros exitio à truci
Natos, & vxores pudicas,
Ac genus, & patrios penates.
Primus bipenni, scilicet obuium
Sacrabo collum non timidus mori,
Plebisque contemptor furentis,
Victor & exitij decorus.
O roborati pectoris integram
Vim, quæ metallo durior aspero
Contemnit ictus non refracta,
Indomitique adamantis instar.
Compesce luctus, ac gemitus graues,
Qui fles peremptum, non cecidit Petrus
Qui sic perit, non funus illud,
Iudice me nouus est triumphus.

Elogium VIII.

Ammir. in hist. Flor. & in stemmate Acciaiolorũ edito. Sansou. in fam. Ferreria, quæ ex Acciaiola defluxit, vt plures testãtur scriptores.

NERIO Acciaiolo primo Duci Athenarum genus vtrinque clarissimum: maternum quippè Recasulanum peruetusto dominatu castrorum, & egregijs Dynastis insigne; paternum recenti amplitudine illustrius; fratrum, ac filiorum claritudo; patris

tris(fuit hic Iacobus Vexillifer Iustitiæ) dignitas prę-fulsit, &, ne vno patre gloriaretur Nerius, à Nicolao M. Seneschallo factus adoptione filius, & castris donatus alterum, & longè clariorem habuit. Ipsi animus excelsus, gloriæ, ac Regni appetens; argumento res gestæ, & principatus armis partus. Expeditione in Græcos suscepta, Thæbis cum vniuerse Bęotia potitus, expulsis ex Vrbe, atque dominio Atheniensi Celtiberis corona, & insignibus Ducis ornatur à fratre Cardinali nomine, ac vice Ladislai Regis. Pleraq; insupèr Phocensium Regionis nactus vsque in Thessaliam processit. Nouum imperium firmari debebat finitimorum ope.

Vellutius in comm. Serdonatus in casibus.

Laõ. Chalcoc. in hyst. Turc.

Script. fam. Acc.

Nerius affinitate sibi iunxit Ligures, qui Euboiam tenebant ducta in vxorem filia Prothimi existimatione, & auctoritate præualidi, hínc eam Regionem occupauit. Possedit quoq; Corinthum pignoratam sibi àb Angelo M. Seneschallo Regnorum, nec vnquam redemptam. Crescente Regno crescit regnandi cupiditas: Peloponnesum subijcere animo agitabat. Posteà cúm àd ipsum veniret frater Costantinopolitani Cęsaris Theodorus senior, Princeps Spartæ, & Peloponnesi, affinitas inter hos instituta, iungitur Theodoro Bartholomęa Nerij filia, virtute, ac forma præcellens. Alteram filiam despondit Carolo Tochio Cephalęnię, Acarnanię, ac Ætholiæ Principi clarissimo, cui Nerius dotis nomine legauit Corynthum deliciosissimam olim Vrbem, Emporium, lumen Græciæ. Nec defuit Nerio fundamentum, ac

Ff. M. Vialardus in lectione excusa Genuæ.

Palmerius in vita Nic. Acc.

Ammir. in volumine, in quo tabulæ pub. in compendium breuissimũ redactæ leguntur.

munimen Regni Religio; testis constructum Naupliæ Xenodochium, testis sacra supellex ampla, cælatum argentum, & prouentus testamento relicti S. Mariæ Athænarum; testis Conuentus Thæbis habitus an. 1373. quò hortante Pontifice Romano Nerius, summiq; Christianæ Reipub. Principes conuenere ad firmandum fædus in hostes Christiani nominis; sed nihil decernere licuit per discordias inter Ianuenses, & Regem Cypri subortas. Ad retinendam maiestatem, potentiæ arcem quærat ornamentum aulæ, & præsidium bello nouus Princeps exemplum sequutus Nerij, qui castrum fiiduciarium dedit Nicolao Mediceo Atheniensi ea lege, vt inseruiret sibi in aula, & in bellis.

Bzou. in Ann. Eccl.

Script. Famil. Accia.

Decessit Nerius an. sal. 1394. imperio vniuerso sub tutela Veneti Senatus relicto.

Epigramma.

Fratribus egregijs, geminoq; parente decorus
Dux Nerius, Patriæ gloria, gentis honos.
Mænia Thebarum cæpit victricibus armis,
Pressit & Aonios fascibus auctus agros,
Illustremq; olim doctrina Palladis Vrbem,
Captaque regnanti plurima castra manu.
Is Tochio iunxit sacrato fædere natam,
Lampade quæ micuit nobilitate viri.
Altera Cæsareo nupsit pulcherrima fratri
Cæsarea geminans luce iubar patrium,

Se di-

Sè dignum genuit natum, qui temperet Vrbes,
Qui Venetas belli fulmine sternat opes.
Nimirùm numeros fortuna expleret vt omnes,
Natorum, & fratrum lumen amica dedit.

Aliud

Non huic obijcias Strozzas, magnumue Scolarum,
Illi namque alijs, hic sibi regna parat.

Nota 1. Principatus armis partus. *De hoc Authores in margine citati, maximèq; Script. Fam. Acc. & Laon. Cal. quem refert Seb. de Rub. in ep. ad verbum, vbi etiam hæc particula prisci Commentarij à quodam Rectore Ecclesiæ S. Mariæ vulgò à Castello, qui donatus postea fuit Magno Duci.*

Hoc tempore floruit Io. Boccaccius D.V.I. qui triginta quatuor volumina librorum composuit: ac etiam ibidem floruit Esau de Bondelmontibus Rex Romaniæ, ac etiam floruit Petrus de Corsinis Episcopus Ostiensis, & Cardinalis: ac etiam floruit Nerius de Acciaiolis Dux Athenarum, Corynthorum, Thebanorum, atque Lacedemoniorum, & hucusq; in presentem diem filij eius dicta Regna possident 1378.

Errore arbitror scriptum vel excusum, potiùs 1398. scribendum.

Ioannes verò Cobellinus in Pij 2. *l.* 2. *comm. de hoc principatu scribit.*

Ex Acciaiolis quoque magister militiæ in Regno Siciliæ Nic. fuit præclari nominis, cuius filius (addendum est Adoptiuus) arma in Græciam proferens,

Ammir. in volumine, in quo tabulæ pub. in compendium breuissimũ redactæ leguntur.

munimen Regni Religio; testis constructum Naupliæ Xenodochium, testis sacra supellex ampla, cælatum argentum, & prouentus testamento relicti S. Mariæ Athænarum; testis Conuentus Thæbis habitus an. 1373. quò hortante Pontifice Romano Nerius, summiq; Christianæ Reipub. Principes conuenere ad firmandum fædus in hostes Christiani nominis; sed nihil decernere licuit per discordias inter Ianuenses, & Regem Cypri subortas. Ad retinendam maiestatem, potentiæ arcem quærat ornamentum aulæ, & præsidium bello nouus Princeps exemplum sequutus Nerij, qui castrum fiduciarium dedit Nicolao Mediceo Atheniensi ea lege, vt inseruiret sibi in aula, & in bellis.

Bzou. in Ann. Eccl.

Script. Famil. Accia.

Decessit Nerius an. sal. 1394. imperio vniuerso sub tutela Veneti Senatus relicto.

Epigramma.

FRatribus egregijs, geminoq; parente decorus
Dux Nerius, Patriæ gloria, gentis honos.
Mœnia Thebarum cæpit victricibus armis,
Pressit & Aonios fascibus auctus agros,
Illustremq; olim doctrina Palladis Vrbem,
Captaque regnanti plurima castra manu.
Is Tochio iunxit sacrato fædere natam,
Lampade quæ micuit nobilitate viri.
Altera Cæsareo nupsit pulcherrima fratri
Cæsarea geminans luce iubar patrium,

Se di-

Sè dignum genuit natum, qui temperet Vrbes,
Qui Venetas belli fulmine sternat opes.
Nimirùm numeros fortuna expleret vt omnes,
Natorum, & fratrum lumen amica dedit.

Aliud

Non huic obijcias Strozzas, magnumue Scolarum,
Illi namque alijs, hic sibi regna parat.

Nota 1. Principatus armis partus. *De hoc Authores in margine citati, maximèq; Script. Fam. Acc. & Laon. Cal. quem refert Seb. de Rub. in ep. ad verbum, vbi etiam hæc particula prisci Commentarij à quodam Rectore Ecclesiæ S. Mariæ vulgò à Castello, qui donatus postea fuit Magno Duci.*

Hoc tempore floruit Io. Boccaccius D.V.I. qui triginta quatuor volumina librorum composuit: ac etiam ibidem floruit Esau de Bondelmontibus Rex Romaniæ, ac etiam floruit Petrus de Corsinis Episcopus Ostiensis, & Cardinalis: ac etiam floruit Nerius de Acciaiolis Dux Athenarum, Corynthorum, Thebanorum, atque Lacedemoniorum, & hucusq; in presentem diem filij eius dicta Regna possident 1378.

Errore arbitror scriptum vel excusum, potiùs 1398. scribendum.

Ioannes verò Cobellinus in Pij 2. *l.* 2. *comm. de hoc principatu scribit.*

Ex Acciaiolis quoque magister militiæ in Regno Siciliæ Nic. fuit præclari nominis, cuius filius (addendum est Adoptiuus) arma in Græciam proferens,

rens, Thebas, atque Athenas occupauit, & posteris possidēdas reliquit, quas illi nostra demùm ætate perdiderunt, à Mauhumete Turcarum Imperatore deiecti.

Not. 2. Conuentus Thebis habitus an. 1373. *de hoc Bzouius in Annalibus.*

Conuentum Principu orlētis indicit.

Præter hæc Gregorius omnibus Principibus Orientis iterum, vt apud Thæbas veteres ad diem Calendarum Octobrium huius anni conuenirent, inq; commune contra hostes fidei consulerent, edixit. Confluxerunt non pauci die designato. inter hos Ioannes Paleologus Imperator, Ludouicus Rex Vngariæ, Petrinus Contarenus Dux Venetus, Franciscus Catalusius Dominus Insulę Metelini, Raynerius Acciaiolus Dominus Corynthi, Leonardus Tochus Dominus Insulæ Leucathææ, Franciscus Georgius Marchio Bondanicij, Hermolaus Minutus Dux Linferiæ, Vicarius Ducatus Atheniensis, & alij proceres non pauci, nec non Archiepiscopi & Episcopi Achaiæ. & Ducatus Athenarum & Agiopelagi. Nihil tunc poterant decernere, quod in diuersas sententias distracti essent: non ita pridem exortis inter Regem Cypri & Ianuenses discordijs adhuc feruentibus. *Liber secretor. Greg. huius anni, & Bosius Histor. Rhodian. lib. 3.*

Not. 3. Possedit quoq; Corinthum pignoratam. *Sic habent Scriptores fam. Acc. quorum authoritas in hoc potior est, quàm Laonici scribentis Nerium subegisse etiam*

se etiam Corinthum: tradunt verò illi Nicolaum adeptum fuisse suprà Vrbes alias Græciæ Corinthum, cuius Gubernatorem constituit Anno 1365. Donatum Nerij fratrem, Neriumq; obtinuisse Corinthum, ob aurum mutuatum Angelo Nicolai filio, à quo, & ab alio nunquam redempta fuerit. Hinc facilè conicitur error Laonici sanè excusandus, cum Acciaiolum pro Acciaiolo Corinthum subegisse tradat; si quis autem vellet Laonicū defendere, diceret fortè potuisse à Nerio subigi Vrbem iterùm, quæ priùs subacta fuerit à Nicolao; sed non sunt multiplicanda entia sine necessitate Philosopho iudice, cui subscribo.

Elogium IX.

IOannnes Riccius I.D. & Eques inclaruit tristibus magis, quàm lætis. Legatus vnà cum Rainaldo Ianfiliacio, & Andrea Minerbetto effecit, vt Respublica Vrbis Aretinę domina emptione euaderet, quam aliàs bello obtinuerat. Huic Oratori Bonif. IX. obtulit maxima Florentinis. Verùm, qui pacis muneribus peragendis fuerat fœlix, in bellicis infœlix fuit aliena temeritate. Siquidem cum auri signati pondere duobus millibus equitum septus peruenit in Castra Comitis Armoricarum, qui à Republ. euocatus cum ingenti equitatu afflixerat maximis damnis Alexandrinum, & Dertonensem agrum castris aliquot captis, sed ætate, & rerum successu audacior, dum Alexandriā cum flore exercitus

Ammir. in histor. in arb. & famil. Riccia. Lud. Cauitellus? Annal. sub an. 1391. qui tradit co. Arm. decem millibus equestribus & quindecim millibus pedestribus per montes Taurinos ingressum. &c

Plat. in V. Bonif. 9. & Iac. Phil. Berg. tradūt viginti millia equitū ducta à Comite Arminiaceo, qui cesi, vel capti pleriq; fuerunt.

citus reliquo relicto oppugnat, & erumpentes hostes mira virtute sustinet, ac cædit, loco, numeròque longè impar repetito certamine fessus, victus in potestatem deuenit Iacobi à Verme Ducis clarissimi Mediolanensium copiarum captiuus vnà cum Legatis Raynaldo supra memorato, ac Ioanne. Hic iussu Ioannis Galeatij Vicecomitis, in quem adhortatus acri oratione fuerat Senatum Florentin. in carcerem Papiæ coniectus non priùs in libertatem asseritur, quam septem millia aureorum persoluerit. Sed hoc dispendij (vt par erat) à Rep. reparatur. Capitales inimicitiæ inter Principes, atque Resp. premuntur aliquando, non tolluntur. Idem Vicecomes eodem Ioanne interprete, scilicet Legato cum Repub. fædus icit in societates militum ne, an prædonum? qui Italicos Principatus fędè diuexabant, nisi ferro, vel auro coercerentur. Fuerat Ioannes an. 1372. aliena potiùs culpa, quàm sua priuatus omnibus ferè Magistratibus, ac muneribus ciuilibus vnà cum gentilibus Hugutione, & Rosso ob nimiam in Repub. potentiam Hugutionis, & Petri Albitij, qui duces erant, & capita factionum. Minimè constat, quo potissimùm tempore decesserit, cuius filius Roggerius euasit Vexillifer Iustitiæ an. 1406. quo bellum in Pisanos fęliciter gerebatur.

Esse vero in Gallorum exercitu ferebantur quindecim millia equitũ pugnacissimorum hominum, præterea multitudo ingens peditum, lixarumq; & calonũ turba, quę castra sequi cõsueuit Leon. Aretinus lib. x. hist. m. s. Bib. Gaddię.

Volat. de Reb. Flor.
Iacob à Burgo in comp. Chron.

Hugotio fuerat secundum Vexillifer ac sectę Riccianę Princeps, & huius frater Rossus Eques, & Imper. Flor. summa pace, belloq; gessit Reipub. munera. Preterea Senator Romæ & præ.

Doctri-

Doctrina, & patria insignis pietate Ioannes
Riccius hostili extinctus Legatus in arce est,
Quòd contra dirum pro libertate Tyrannum
Syllanum hortatus fuerat capere arma Senatum.

In hoc halluci natus est, Verinus, qui hęc carmina habet in lib. 2.

Nota. 1. Resp. Vrbis Aretinæ domina emptione euaderet, quàm antea bello obtinuerat. *Scilicet an.* 1336. *quo Veneta cum Rep. fęderata bellum feliciter gerebat in Mastinum Scaligerum Veronę, aliarumque Vrbium nobilissimarum dominum adeò opulentum, ac potentem, vt multos Reges imperij viribus adæquaret, multos anteiret. Eodem tempore Lucenses Mastino subiectos armis premebat, & Aretinos, qui, cum nullam sperarent opem à Mastino Patauina in Vrbe obsesso, aut à quouis alio Italiæ Principe Ghibellino, à Perusinis, Florentinisque depressi in horum potestatem deuenere. Siquidem Petrus Sacconus, & Tarlatus fratres Tarlatij generis è matrona Frescobaldia Florentina nati, Aretij Principes, qui Typhernum, sepulchri Fanum, Calliū, & præter alia complura, Massæ Trebariæ castra sibi subiecerant oppressis Nerio Faggiolano Hugutionis filio; Comitibus Montisfeltrij, & Montisdolij; Episcopo Aretino, huiusque gentilibus Vbertinis; filijs Tani Typhernatis, alijsq. Dynastis, modum secundis rebus nequaquàm statuentes, vt oportebat, demùm bello domiti Aretinū dominiū coacti sunt cedere certis cōditionibus: Harum præcipua fuit, vt s. sua castra omnia retinentes, certamq; pecuniam ob varia nomina accipientes crearentur ciues, & populares Floren. cum priuileg. omnib. quib. cæteri ciues nostri ornarētur.*

Io. Villan. lib. 11. cap. 25. 58. & 59. Ammir. lib. 8.

Not. 2. Comitis Arm. *De huius clade exercitus scripsere Hist. cecinitq; Areostus, Can.* 33. *ab eo versu exorsus.* Scender da i monti vn Capitano Gallo, E romper guerra à i gran Visconti illustri. *Licet huius nomen, & Flor. Rei. quę illum euocauerat, reticeat, per Oratores ad Regem Galliæ Rinaldum Ianfiliacium, & Io. Ricciũ qui morantẽ in prouincia cum duodecim equitũ millibus ad bellum Vicecomiti inferendũ magnis pollicitationibus impulerunt, de Mediolanensis imperij euersione cogitãtes: Tunc enim Respu. Flo. tribus exercitibus stipendia numerabat, vni, qui suprà pedites constabat sex equitũ millibus, imperabat Acutus dux summus in præcordia Mediol. grassatus; alterũ ducebat Aloys. à Capua, Dynasta insignis, qui Seneses Vicecom. addictos premebat, nouissimo præerat Franc. Carrariensis iunior, qui Veronã, aliaq; oppida diuexabat. Blond. verò l. x. Dec. 2. tradit Comitẽ Armeniaci ingenti à Flor. conductũ mercede, cum* 20. *millib. in Italiã descendisse; captũ vulneratũq; interijsse, subditq; capti quoq; sunt Renal. Ianfiliat. & Io. Riccius equites Fl. à quib. publicè missis Armeniacus fuerat deductus: Mediolanum eorum cõsilio inuasurus.*

Poggius lib. 3. hist. A.n.nir. l.

Aretincs, & alij.

Not. 3. Gentilibus Hugutione, & Rosso. *Rossusfuit Senator Romæ, de quo Dec.* 2. *l. x. Hist. Blondus:* Gesserant Senat. Vrbis semestrem per Vrbani absentis tempora externi nobiles: primum Rubeus Riccius Florent. Iustitia feueriore clarus, &c.

Elogium X.

Volaterr.

GVido del Palagio Thomæ Vexilliferi, Equitis clarissimi filius egregia historicorum Elogia pro-

promeruit. Is enim bis Vexilliferatu, ter decemuiratu, pluribus Legationibus functus inter proceres Ciuitatis excelluit maxima vitę integritate, ingenio, magnitudine animi, ac generosi oris libertate; itaut non immeritò collatus fuerit Leonidæ.

Poggius lib. 3 Riccius in Prior.

Testis Ianua, vbi cum apud arbitros tres Riccardũ Caracciolum Magnum Rhodi Magistrum, Romani Pontificis Legatum, Antonium Adurnum Ducem, ac populum Ianuensem de idoneis pacis, quæ Remp. inter Floren. & Vicecomitem Comitem Virtutum tunc firmata est, sponsoribus vtrinque præstandis ageretur, Guido é Florent. oratoribus, Ensis, inquit, fide iussor sit, Iam enim Galeactius, & quid nos possimus, expertus est, & nos, quid ipse possit, experti sumus. Hanc generosam vocem aduersarij quoque probarunt turpe existimantes metum ostendere, cum alij non metuerent.

Ammir. in Paralellis, & historijs.

Leon. Aretinus li. x. alijq; scriptores.

Elogium XI.

ANgelus Acciaiolus Cardinalis Archiepiscopus Patrarum in Achaia, quem Pontificatum Ioanni fratri resignauit, Episcopus Florent. Ostiensis, & Veliternus, Sacri Collegij Decanus, S. R. E. Procancellarius; Legatus à Latere Sum. Pontificis in Regnis Neapolis, Pannoniæ, Illyriæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Bossinæ, Valachiæ, & Bulghariæ Ladislaum, cuius fuit author, & Gubernator, Regem, & vtriusque Siciliæ, & Hungariæ; Ladislai verò nomine, ac vice Nerium Acciaiolum fratrem Athenarum Ducem coronauit. Reddidit ne gratus Rex Acciaiolo,

Bzouius varijs in locis, Scrip. fam. Acc.

Iul. Ricc. in Prior.

Platina

Ciacconius

Turfellinus

Borghinus. Capapha, Pius 2. in abbreuiatione supra Decades Blōdi. Iul. Roscius in Elog. Ladislai

Iacobus à Burgo in Comp. Chron. ... S.Ant.& Hier. Garibertus in vitis Pp. & Cardin. li. pr. de Relig. & cultu Diuino summè celebrat Angelũ.

iolo, qui acceperat ab Acciaiolo coronam? Vrsinos Pontifici R. à quo dissidebant reconciliauit; Monachorum S. Pauli Romæ Innocentij VII. iussu castigauit lapsos in deterius mores, solutamq; viuendi rationem. Laudem adeptus est maximam, quòd habitus sit in Senatoria sententia dicenda sapiens, & scripserit Apologeticum libellum de Vrb. 6. electione contra Transalpinos Senatores. Non caruit tamen Angelus nota ambitionis, quæ magni animi, ac potentię comes Principes, vel sacratos commaculat: Quippè in Comitijs Bonif. IX. Pontificatum ambiens, quem nisi cupijsset, meritus, & adeptus fortè fuisset ex xjv. Cardinalibus Concláui inclusis sex sibi constantissimè fauentes habuit, qui eum Pontificem, totidem verò Poncellum Vrsinũ postulabant, & cum alter alteri cedere noluisset, tandèm instauratis Comitijs Francisco Carbone Cardinale Monopolitano maximè suadente omnium suffragia in Bonif. conuersa sunt, quo imperante grauissimas Legationes gessit Acciaiolus. Hic ab Antonio Nerij fratris filio Principe Atticæ, ac Bæotiæ constitutus an. 1406. Procurator apud Summos Christianæ Reipubl. Principes ampla cum authoritate. In Concilio verò Pisis habito an. 1408. cuius author fuerat magnitudine animi, authoritate, sapientia tantæ moli par, occubuit, vndè Florentiam, in cuius Templo maximo solemni funere cohonestatus, deindè Carthusium translatus marmorea effigie, quæ sepulchrum tegit, insignitur.

Ammir. in Volumine &c. id. hist. lib.

Elogium XII.

HIC est Philippus Scolarius, vulgò Pippo Spanus, Regulus Themesuuariensis, & Ozóræ, Sigismundi Pannoniæ Regis, Romanique Cæsaris exercituum imperator, Dynastarum rebellium, quos Regi reconciliauit, domitor. Hungaria recuperatá Seneschalli Neapolitani hostilium copiarum Ducis fugator, ac Ladislai Regis bello clarissimi; defensor Tauruni; Turcarum viginti & ampliùs prælijs victor, Seruiæ, Rasciæ, & Bulgariæ recuperator ingentibus copijs barbarorum toties fusis: In Italia verò Foroiuliensis ditionis ferè totius expugnator Veneto exercitu fracto, ac præsidijs. Hic Sigismundi gratia adeò floruit, vt non solum equestri dignitate, imperio regij equitatus, & peramplo dominatu ornatus, sed etiam supremus Consiliarius, Pro Rex, Quæstor, & caput Hungariæ fuerit plurimorum consensu secundum, multorum verò primum. Pronunciauit aliquando Sigismundus, SE loco baculi apprehenso Pippone solum, ac nudum regno egressurum. Hic verè Magnus dux inter æquales excelluit cum priscis Romanis conferendus ob tot amplissimas victorias & fælicitatem; ob absolutam rei militaris scientiam, quam à tanto magistro hausere multi ductores exercituum egregij, maximèque Ioannes ille Vaiuoda Transyluaniæ celeberrimus pater Mathiæ Regis Pannoniæ gloriosissimi; ob

Huius Vita extat authore Mellinio Eiusdem vita scripta fuerat ab Iacobo Poggij filio breuior, ac latina. Capriolus. Robbia in V. Val. Land. alijque, quos refert Mell. in V. & in Appen. Preter hos Serdonatus, Vasarus, Sansou. l. p. Chronol. Nardius in V. Iac. Io. Bonif. l. 11. hist. Tar. Baphius in Ore Borghi. in Dis. Lud. Domi. in hist. Dict. factorūque sed errat illum cognominans Stroctium, vt etiā Æn. Syluius Pic. Seb. de Rub. in Ep. Min. in Disc. Iac. f. Poggij in Proemio hist. paternæ ad Fed. Com. Vrb. Ant. Turchetus in Or. ad Nic. Thronū Prin. Ven. Iac. à Burgo in Comp. Chronic.

authoritatem summam apud suos, paremque apud hostes terrorem; ob heroicas virtutes, quarum illustria monumenta reliquit. Siquidem in oppido Ozoræ pulcherrimum templum, ac regiam ædem condidit perforato monte ob aquam è lacu Balatone deducendam in viridarium.

Multis ædificijs ornauit Themesuuar, mœnibus cinxit, auxit incolis longe pluribus, quibus ædificauit domus. Lippæ Xenodochium à fundamentis excitans multis, vberibusque prouentibus ditauit. Florentiæ templum instituit. Huius ope gentiles honoribus amplis decorati. Hunc patria ciuem Optimum sensit, qui non paucos ciues tunc arbitros Reipubl. vel iniquiores, vel certè suspiciosiores expertus, & oblitus, vt decet ciuem, & Christianum, memor debitæ in patriam pietatis, eius salutem, ac dignitatem habuit antiquissimam. Hæc sanè magna, sed communia cum aliquo Heroe Florentino, at singulare Philippi exemplum continentiæ: hac munitus aliquando coitum venereum læthalis morbi præsentissimum remedium constanter renuit, vel ipso Scipione maior, PRiùs emori, quàm fædari certus, medicisque certam salutem, si illo vteretur, spondentibus pronunciauit; SATiùs esse hanc vitam, quæ aliquando linquenda est, honestè relinquere, quàm fede, ac per libidinem retinere, ac seruare. Nobilis vox immortali præconio, ac triumphali honore digna æquè ac tot victoriæ Philippi. Tantus autem vir, vt excelsus inuidiæ, ac malignitatis alienę tela vi-

tare minimè potuit; tamen egregia virtute inuidorum procerũ vim superauit viuus, extinctus verò per Tempus veritatis patrem rediuiua gloria tandem vicit iniquitatem aliquorum scriptorum, qui indigna minimèque credibilia scripsere, vel inuidia, vel odio illius, vel gratia aliorum, vel ignorantia veri, vel incuria, vel aliqua veritatis vmbra decepti. Philippus sanctiss. E. R. Sacramentis piè armatus, vt vinceret hostes immortales, qui mortales vicerat, decessit an. D. 1426 natus an. 57. Lippæ, ad quod oppidum Vienna profectus Sigismundus ipse Cæsar cum omnibus aulicis atratus, & lacrymans corpus ferali pompa prosequutus, ac regio funere in templo principe vrbis Albę regalis condidit in sacello magnificè constructo, ornatoque ab ipso Philippo. In hoc vno tantam fiduciam habebant Hungari, vt ardua quæque tentarent.

Hinc natum adagium MAIorem fiduciam in eo habes quam Hungari in Spano Huius verò virtutem, quam incolumen amauerant, coluerantque, sublatam ex oculis, non autem è cordibus celebrarunt quibusdam Poematis, quæ vulgò Romanzi, vel nostrorum patrum memoria canebant.

Nota 1. Vicit iniquitatem aliquorum scriptorum.

Ab his falsò notam perfidiæ, & supplicij infamis inustam Philippo colligitur (vt omittam Poemata in laudem Philippi ab Hungaris decantata ad hæc ferè tempora) ex Pio II. Senense (Hic teste I. M. T. in Peplo; VEritatis amans historicus haberi meruit) & Iacobo Philippo Bergomense Chronistis magni nominis, & existimationis; non Florentinis; propioribus Philippo & Sigismundo, qui ne verbum quidem de illis faciunt commentis, sed ea, è quibus conijci possit falsitas notæ, tradunt Philippum peramplis laudibus, vti scriptores etiam alij, celebrantes. Declarant idem testimonia, ac rationes planè irrefragabiles, quibus de medio tollit, ac debet calumnias hasce Dominicus Mellinus in Vita Phil. & in Appendice eiusdem, & Riccius in Priorista.

Indicant libri publici in tabulario, vulgò Cancellaria Reformationum asseruati; Alter cuius membrana exterior habet hanc inscriptionem.

Relata ab Oratoribus tempore Domini Leonardi de Aretio 1410. al 26.

Et S. Pauli Fortini.

RApporto à voi Magnifici & Potenti S. Signori priori dell'arti & Gonf. di G. del popolo & comune di Firenze facto questo di 17. di Giugno 1426. per Rinaldo degl'Albizi K. & Nello di Giuliano doctore.

Partimmo di Firenze secondo nostra commissione à di 16. di Febb. 1425. &c.

Adi 14. giungemo in vienna & à di 15. &c. à di 16. parlamo collo imperadore in presentia di molti Signori, ci vide molto gratiosamente & honoratamente ci riceuette & tracto ne mai volle altro che in piede noi gli parlassimo & così la sua Maestà sempre in piede con tutti gl'altri Signori &c. accepto la scusa della Lega co Vinitiani fatta monstrandosene contento, dipoi non era se non contra Filippomaria che mai con noi nollo chiamo Duca & della interpositione nostra dell'accordo co viniziani disse essere contento; ma voleua si tractasse à Buda &c. facemo insistenza di ritornare a suoi Ambasciadori i quali noi auauamo lasciati à Padoua, per questo tractato ne mai il volle consentire dicendo che come sentì che noi erauamo electi subito gli riuoco & di poi sentendo la nostra partita di Firenze per duplicate lettere glauea sollecitati, & che egli era certo che erano in cammino per venire alla sua presentia, & che voleua si tractasse questo accordo per le mani de Fiorentini & non per altre mani & così volle noi ne scriuessimo à Ve-

netia & andassimone à Buda per acozarci con lo Spano del quale disse molto fidarsi più che d'altri & col quale faremo più in due di che cogl'altri in vno mese, &c. Subito ci venne à visitarlo Spano & messer lo Vescouo di Varadino & trattato con loro di comissione dellompera dore &c. Adi 12. fumo collo imperadore in presenza de sopradetti &c. & Diecci lo Spano ello Vescouo vna scripta di sua volontà & soscripta del suo Cancelliere &c.

Adi 14. partimo & lo Re ci volle dare due famigli del Conte di Cilia & lo Spano vno de suoi gentilihuomini & con più caualli per vno & vollono noi facessimo la via dal detto Conte & scripsegli il detto Re ci facesse accompagnare per tutto il reame &c. & lo Spano ci dette vno ca....o pendente à 6. caualli & vno carretto à 4. in su quali volle le persone nostre & nostre some andassino . . . . & honoratamente ci fece riceuere & trattare lo Spano pe suoi terreni che più giornate caualcamo per essi.

Hæ instructiones quæ secundum intentionem Serenissimi D. Romanorum, & Hungariæ Regis pro Dominis Ambassiatoribus Florent. in negocio per eos cum Venetis tractando pro modo responsionis f.... sunt seq..ur, & sunt tales.

Sacra Regia Maiestas contenta est cum Venetis treuguas per dictos Dominos Ambassiatores Florentinos petitas facere

facere. Ita vid. vt quodlibet anno dum præfata maiestas suum exercitum contra Turcas mittet, &c. Maiestas regia contenta est quod durantibus treuguis p... teneatur tractatus apud regiam Maiestatem per medium Florentinorum de pace inter Maiestatem suam regiam & Venetos ordinanda ad quod dicti Veneti eorum Legatos & Ambassiatores plenum mandatum habentes ad ipsam regiam Maiestatem mittere teneantur.

Item regia Maiestas sic & taliter vult intrare talis modi treuguas cum prefactis Venetis quod etiam inter Philippum Maria de Mediolano ac Florentinos & Venetos ad tempus treuguarum prescriptarum treugue habeantur & firmentur Si tamen ipse Philippusmaria huiusmodi treuguas habere voluerit, & acceptare Et vult ipsa regia Maiestas durantibus ipsis treuguis se intromittere de concordia & pace inter ipsum Philippum Mariam & Florentinos & Venetos ordinandam si vero prenotatus Philippus Maria huiusmodi treuguas cũ Venetis & Florent. habere & acceptare voluerit, tunc no. præfata Maiestas regia intrabit & habebit treuguas cum Venetis supradictis vult tamẽ ipsa Maiestas regia etiam Filippo Maria cum Florentinis & Venetis in guerra remanente deducere tractatus pro pace inter eosdem ordinanda. Et similiter vult quod etiam sua Maiestate cum Venetis in guerra remanente tractatur per Florentinos de pace inter suam Maiestatem & Venetos facienda.

Hac

Hec acta sunt in tota die XI. mensis Maij. in anno M CCCC XXVI. | *per me Mathiam prepositum Zangabie. Vicecancellarium Regie Maiestatis.*

Nota de intentione &c. D. Venetorum nobis transmissa.

Videtur Illustriss. Ducali Domino Ventiarum quod spectabiles Oratores Mag. Communitatis Florentiæ scriberent Serenissimo Romanorum & Hungarie Regi sub isto effectu. Quod fuerunt hic ad nostram presentiam & retulerunt illa quæ habuerunt à sua serenitate super materia concordie cum nostro Domino, &c.

A di X. scriuemo le infrascripte Lettere sopra la informatione predetta.

Serenis. Domino nostro Imperatori &c.

Serenis. Cæsar notum facimus Maiestati vestrę. &c.

Domino Spano Comiti Temesiensi &c.

Hanc Epist. exscribit Mellin. in Ap. Vitę in quam retulit ex Rin. Albi. Diario excerpta multa eũ hac Relat. consentiẽtia, imò re eadem.

Mag. ac strenue domine, &c.

Adi XI. detto partito il fante ci partimo di Vinegia & questo di siamo giunti qui à saluamento per la gratia di Dio & sposto à bocca distesamente alla V. M. S. come sapete. Sono in tutto di 122.

Ego Rainaldus de Albizis miles pred. prop. manu .. d ...

Ego Nellus Iuliani l. doctor propria manu ..

Alter

Alter Codex, cuius hæc inscriptio Liber secundus Informationum tempore Ser Pauli Cancellarij inceptarum 1422.

Nota e informatione.

Anderete oue sarà il detto Serenifs. Principe &c.

In hac præcipiunt legato, vt salutatum ex animo exhortetur Magnif. D. Philippum Scolarum Comitem Temesuensem &c. cui ob beneficia in patriam collata laudato gratuletur prosperitatem, quem bonum filium, quem amantissimum ciuem, & fautorem patriæ compellant &c. quem oret, vt in Italiam cum Rege, (hic erat Sigismundus Romanorum Rex) proficiscatur, idq; à Rege suppliciter petat.

Iac. Phil. l. 6. hęc habet (vt omittam quæ l. 14. scribit) Florentiá autem cum omnium Italiæ ciuitatum Flos nuncupatur: etiam propter pulchritudinē, & ciuium vrbanitatem viros quoq; in omni genere virtutis præstantiores habuit: in primis quidem Theol. &c. ac Philippū Scolarium Equitem apud Sigis. Imperatorem ob belli peritiam, & honore, & dignitate primum habitum, qui eius copiarum dux factus Turcos, & Sarmatas 23. pliјs superauit.

Eadē ferè de Scolaro scribit Mat. Palmerius Flo. lib. de Tēporibus ad Pet. Med.

Non erit abre verba hæc ex Italicè translatis huius Chron. referre. Et Filippo Scolario Caual. el quale per le sue gran virtù fù el primo appresso Gismōdo Imp. dal quale fù facto Capitaneo Generale de tutto el suo exercito; el quale superò gli Turchi & Sarmati in 23. battaglie.

Et Pij II. Comment. lib. 2. Magna est Pipponis gloria

ria è familia Scholarium, qui Regnum Hungariæ multis annis administrauit, in qua Rege potentior visus est.

Et lib. 10. *dum agitur de Carolo Malatesta exercituum imperatore summæ virtutis, ac existimationis.* Militauit, & Venetis aduersùs Hungaros Forumiulij duce Pippone (*Spano legendum*) Bano excurrentes, summa belli penès eum fuit: commisso prælio, mox in fugam actus est, fuissetq; proculdubio captus, nisi Rogerius Canis hostilem impetum retinuisset.

Legi vitam Philippi authore Iac. Poggij in Florentinum idioma translatam à Sebastiano Fortino, quàm Mellinus est complexus.

Legi nupèr Franciscum Verinum 2. Professorem Ordinarium Philosophiæ in Tract. de Premio virtutis edito an. 1580. *qui Philippum paucos inter Heroas celebrat breuissimo, sed mirabili Elogio, quod exscriptum leges in Correllario Poetico pag.*

Et Io. Cuspinianum Præfectum Viennensem in Vitis Imperatorum, qui hæc habet: Amurathus Iunior sec. Vulgò Moratbeg dictus, Septimus Turcorum Imperator.

Amurathum scribit Fr. Philelphus Cyricis fuisse filium, qui àb Hungaris, & Valachijs Philippo Scholare nobili Florentino Duce pro Sigismundo Rege prælio superatus, ac pugna nauali à fortissimo præfecto Petro Lauretano Veneto apud Callopolim classe munitissima cum magna Turcorum cæde spoliatus est. Ab alijs tamen fertur

Amur.

Amur. filius Mahometi, nisi alio quoque nomine sic fuerit cognominatus.

Epigramma.

EDidit hoc nunquam Florentia mater alumno
Maiorem, belli gloria quem celebret.
Disiecit Venetas fęlici Marte cateruas
Itala victori sub pede rura premens,
In Regem armatos gemina virtute Dynastas
Fregit, & Odrysij tela cruenta Ducis.
Barbara tot bellis debellans agmina Lunę
Terribilis rupit cornua Threiciç.
Quis referat dignè, retulit quæ sepè trophæa
Victrici toties vectus in astra rota?
Nempè rotæ clauum fortunæ fixit amicæ;
Is fælix, sortem qui tenet vnus erit.

Elogium. XII.

BArtholomęus Valorius, & Laurentius Rodulphus seniores floruerunt inter proceres, & capita Reip. Vtrique genus, honores, existimatio, authoritas, probitas, animi, atque ingenij magnitudo, & huic affinis, quę liberos, magnosque viros decet, libertas oris, sapientia, merita in patriam propè paria fuére. Bartholomæo pater Nicolaus, Auus Taldus Vexilliferi, hic mira dexteritate vir, in ciuilibus dissidijs componendis ità excellens, vt prouerbio

Bartholomęi vitam scripsit Lucas Robia. S. Ant. in Chron. Mac. lib. Land. in Apol. Minius ca. de Flor. prudemtia insignibus. Idem in Apologiæ Floren. Additione.

bio locum fecerit, cum accideret quid mali
Deus, & Taldus prouidebit.
Bartholomæus adhuc adolescens, quippè xvj. annum attingens, rerum domesticarum memoriam calamo tueri cæpit, dignus laude, quæ tamen multis Florentinis erat communis, qui veterum Hæbręorum more in Diarijs publicos, priuatosque casus perscribentes futuris historicis facultatem, & difficultatem pęnè parem in scribendo suppeditabant. Is anno 1390 eligitur Decemuir ad bellum, quod Resp. cum Io. Galeacio Vicecomite, Principe magnis virtutibus, ac vitijs, maxima potentia, pariq; fortunę indulgentia formidabili gessit constantia, & impendio ingenti. Verùm ob cladem miserabilem exercitus, quem Comes Arminiaceus duxerat, Senatus timorè perculsus, inclinabat ad fœdus quodcunquè libertate incolumi ineundum cum Vicecomite, vt auerteret, quod impendere à bello videbatur, exitium. Hunc Bartholomęus graui, ardentique oratione erexit, vitam pro Patria profundere se paratum pronũcians, Senatores, vt vigore animi reuocato, se Romani cordis hæredes præstarent, adhortatus. Hi Valorij verbis erecti, & accensi ad bellum, in cuius progressione Bartholomæus, & Laurentius non semél Decemuiratum administrarunt. Longum esset Magistratus omnes vtriusque recensère. Vterq; ferè continentèr, aut Vexilliferatu Iustitię, aut Decemuiratu, vel Legatione, vel alio munere præcipuò functus est. Vterque collegis Iacobo Saluiato, & Philippo Magalotto

Ammi. in fam. Valoria.

Ammir. lib. 15 hist.

galotto ciuibus inclytis proficiscitur an. 1408. Orator ad Ladislaum Regem præpotentem, ducemque peritissimum, ac inuictum, quem petentem fędus ad communem defensionem Florentini neglexerunt. In hac Legatione Valorius memorabile exemplum edidit generosi cordis, planéque Romani. Siquidem Florentinos ad bellum æquè, ac pacem paratos disertè pronuncians, interroganti ferociter irato Regi, cui duces, militesque totius ferè Italiæ præcipui militabant, Quibus armis ipsi inermes bellum gererent, TVIS REX, respondit. Libera vox, nec falsa, quam exitus comprobauit, quippè Braccius, alijque duces egregij deserto Rege, nobis, ac fęderatis meruerunt bello. Hoc, vt arduum, aleæq. periculosę plenum, gloriosum Reip. exitum habuit. Ladislaus áb Etruria pulsus, non paucis vrbibus exutus, Romaq; ipsa, quam Malatesta Pisauriensis noster Imperator cum Florent. vexillo, & copijs ordinatis ingressus est victor an. 1409. pacem iterum postulatam obtinuit, Florentinis cedens Cortonam, vt mercatorum, quos infidè diripuerat Romę damnum repararet; pollicitus se nihil de Romana Vrbe acturum, & omnia cis hanc relicturum, his verò liceret continuare societatem cum Pontifice, ac Aloysio declarato Rege Siciliæ, ac Hyerusalem, hostibus Ladislai infensissimis. Rodulphus autem Reipub. Legatus an. 1416 ad Regem Iacobum Apulię, non belli, sed pacis præmia tulit, quippè vnà cum nobilissimis Collegis Pallante Strozza, Mathęo

Poggius. Robbia

M. Ficinus in Epist. Bartolomeum Magnũ appellat.

Minius cap. de Magnanimis.

S Anton.

Volaterranus. Iacob. a Burgo in comp. Chronic.

Ammir. li. 18.

Castellano, & Angelo Acciaiolo Equestri dignitate insignitus à Rege, in Vrbem redijt militaribus ornamentis decoratus die 27. Febr. magnificè exceptus à Dominis, & à Capitaneis partis Guelphę.

Bartholomęum verò Ioanna II. Regina Ladislai soror, & Iacobi vxor amore iuxtà, & honore prosequuta, donauit Ciuitate, creauitq; publicè Patritium (vt vocant) Sedis, curauitq; vel frustrà, vt Neapoli vitam traduceret insignibus promissis euocatus, cui non parùm fidebat.

Sed rursus iuncti in administratione munerum, qui charitate in patriam iuncti videbantur, Rodulphus, & Valorius cum alijs ciuibus amplissimis Mediolanum an. 1418. Legantur obuij Martino V. recens Pontifici è Germania venienti, qui regia magnificentia exceptus, ac donatus à Repub. vnà cum Cardinalibus hanc honestauit insigni dono Rosæ, quam Dominorum (sic appellabatur) Præpositus honoris gratia medius inter duos Cardinales cæteris Cardinalibus, Præsulibus, aulicis Pontificis comitantibus magnifica pompa vexit in Auditorium Dominorum secundo Aprilis die an. 1419. Martino Florentiæ commoranti memoratu dignum obtigit. Balthasar Coscia nupèr Pontifex vltrò Martinum, vt verum Pontificem inuisens adorauit, à quo in gratiam Reip. Cardinalis renunciatus purpurā, veluti rosam, quæ breui languet, expertus perijt, executoribus testamēti relictis proceribus ciuitatis Nicolao Vzanio, Ioanne Medice Magni Cosmi patre, Verio Guadagnio,

gnio, & Valorio, quem inter amicos non vulgares referebat. Florentia profectus Pont. per imperium Florentinum comites habuit Rodulphum, septemque alios ciues præcipuos. Fruebatur ea tempestate Resp. pace fæcunda bonorum omnium, quæ prima mortales ducunt. Verùm hac diutius frui non licuit per ambitionem Philippi Vicecomitis Mediolanensium Ducis, quę insignes huius virtutes contaminabat, cui obuiam ire parati Florentini, reiecta demùm callidè oblata pace, hortatu Bartholomæi dolosa Ducis verba, atque consilia detegentis suscepere bellum, Ad hoc administrandum Bartholomæus ipse Decēuir (quem magistratū tunc sextùm obtinuit) electus, atq; Rodulphus non sex menses (vt antea) sed annum duraturi impendere summam diligentiam in maximis, & admirandis apparatibus militum, pecuniæ, amicorum, ducum, fæderatorum. At cuncta hęc Vicecomitis fortuna irrisit nostro exercitu ad Zagonaram fracto Iulij die 24. ann. 1424. ab Angelo Pergulensi Mediolanensium Imperatore inclyto. Hanc aliæ clades mox sequutæ, iterum, iterumque Reip. copijs profligatis nostrorum ducū vel ignauia, vel fraude, vel infortunio.

Philippi elogium maxime elegans, & graue, vt breue in 4. li. hist. Facij.

Hinc Rodulphus Orator ad Venetum Senatum, cum frustrà huic mira prudentia, & grauitate aperuisset, quanto periculo non Florentini modò, sed ipsius etiam creuerit potentia Philippi imperium Italiæ affectantis, extorsit demùm fædus his verbis magna libertate prolatis.

Ammir. l. 19. à quo non discrepat Cori' par. 5. & Fulgosius l. 8. nisi in verbo Nobis tribuentes hi Venetis, nõ Florẽtinis culpam opis non allatę Ianuensibus.

O Veneti à nobis non adiuti Ianuenses Philippum constituerunt dominum; nos à vobis nullum subsidium in nostris necessitatibus obtinentes, eum Regem faciemus; vos autẽ, cum soli superstites eritis, nobis victis, nullusque, vel volens opem ferre poterit, Imperatorem facietis.

His, & Carminiolę præstantissimi ducis persuasione actus Senatus bellum Vicecomiti, vt amico dubiæ fidei, & Italicæ quietis hosti mouendum ratus cum Florentino fædus pepigit his conditionibus.

S. Antoninus quem sequitur Ammiratus, & Iac. à Burgo. Ab his vnico capite dissentit Ioan. Bonifacius l. 11. hist, s. dum tradit Marchionem Nicolaum societatis Imperatorem fuisse constitutum; Carminiolam verò obtinuisse tantùm nomen Imperatoris Veneti.

Vt sexdecim equitum, octo peditum millia mutua impensa belli conducerentur; communi quoque impensa classis maritima, & in Pado haberetur, vtq; pacis, belliq; arbitrium penès Venetos esset. Quæ in Longobardia caperentur, cederent Venetis, quæ in Flaminia, aut Tuscia, quæ ditionis Pontificum non essent, Florentinis. Publicato fædere, & Marchio Ferrariensis Nicolaus, & Mantuæ dominus Franciscus in eam societatem venerunt. Idq; additum in fædere, vt Nicolaus dux fieret copiarum, quę à Florentinis conducerentur, vtq; Parma, si expugnaretur, aut deficeret à Philippo, Nicolao tribueretur. Bellum hoc gestum acritèr, ac redintegratum maximo vtrinque exercitu, & immani sumptu, Philippum ingentibus cladibus domitum ad pacem coegit: Florentinis bello superiori erepta restituuntur, Venetis augetur imperium prudentèr cedente Philippo suæ ditionis partem, ne totum amitteret.

Sabellicus lib. 10. Dec. secũdæ, & Iustinianus l. 6. Nicolaum Florentinorum Exercitus Imperatorem appellant, tradũtq; Alphõsum Arragonum Regem, Amadeum Allobrogum Ducem, & Senẽses societatem sequutos.

Hactenùs perstrinximus, quæ in procuratione

Reip.

Reip. hi summates gesserunt; nunc alia quędam attingamus.

Rodulphus Eques, Iuris vtriusque peritissimus publicè interpretandis Legum ænigmis, ac nobilibus doctrinę monumentis posteritati consecratis nomen latè propagauit. Propagauit & genus pluribus editis filijs, quorum tres Vexilliferi Aloysius, Bernardus, Antonius. Hic Eques insignis sapientia, Legationibus amplissimis ad Pontificē, Cæsarem, Reges atq; virtute tùm in militaribus, cùm ciuilibus muneribus obeundis refertur intèr præcipuos exercituum Præfectos.

Catal. script. Flor. Sabellicus Ennea 10. l. 1. Lau. Rodulphus vir facundus, & iuris scientiæ fama clarus.

Pigna lib. 6. hist. Princ. Esten. breuissimum, sed nobile Laur. Elogium signat.

Bartholomęus verò honores, potentiam, famam, vti fluxa, & breui móritura immortali animo æternę Beatitatis capaci longè minora cognoscens iàm septuagenario maior se recepit in Cænobium S. Crucis, condito Testamento, vbi multa piè legauit, & insequenti luce Deum in augusto Eucharistiæ Sacramento epulatus est.

Mox abstinuit à curia, & consuetudine ciuium publicam rem administrantium, sacris litteris incumbens, vt mori disceret, quod est præcipuum Diuinæ Philosophiæ munus.

Vitam piè commutauit an. 1427. cuius vestigia sectatus Nicolaus filius Vexillif. Iustitiæ, Decemuir; Commissarius in Vrbe Burgi S. Sepulcri, quam nomine Reip. possidendam an. 1441. ingressus est fato patrię fausto, at sibi, qui florentis ætatis ibi obijt, infausto.

Nota

Nota 1. Libertas oris. *Huius documenta plura dedit Valorius, testis supra alios Martinus Pontifex, qui post orationem habitam apud Cardinales in Concistoro; sed rem narremus ipsissimis verbis Lucę Robbiæ in vita Bartholomæi à Petro Stupha Canonico Florent. in vulgarem linguam versa.*

Quindi riuolto all'Oratore soggiunse Noi possiamo dire di non sapere che cosa sia mala fortuna hauēdola sempre sentita prospera, & conforme a nostri giusti desiderij; ne pensiamo di prouarla peggiore nella presente occasione doue tre cose ci siam proposte, l'vna d'abbassare tutti i priuati gentil'huomini, l'altra sperger' tutta la fattione Orsina, la terza desolar Fierenze & a questo è fitto il chiodo ne parole che habbiate vsato, o ragioni sono atte a mutarci di fantasia; tanto potete riferire a vostri soperiori, & infin' da ora nō ci par far poco, a lasciarui partire. L'Ambasciadore non si auilendo punto, anzi rispondendo, quasi con authorità a la lunga diceria, & minacce del Pontefice disse tre parole V.B. faccia quel, che ben gli mette: che quanto al primo capo, a noi darà poca noia, del secondo ci duole, del terzo non temiamo.

Nota 2. Maxima potentia. *Affirmant Scriptores Ioan. Galeatium Principem omnium Italicorum potentissimū adeò amplificasse paternum imperium varijs artibus, vt nouem suprà viginti Vrbes insignes possideret, Italiæq; vniuersæ inhiaret, cuius Rex euadere sperans, regiam coro-*

Iouius in El. Io. Galeatij. P. Messias in v. Roberti Cesaris.

coronam elaborandam curabat, sed mors inuida conceptum gaudium prostrauit, erexitque Florentinorum animos, quibus nullum maius impedimentum habuit ad Italiæ imperium occupandum, vnde tunc, & postea ingens admiratio orta, quinam tot viribus obsistere potuisset populus noster. Ammir. Lib. 16.

Nota 3. Braccius, alijq; &c. *De hoc memoratu digna quædam nonnullis scriptoribus ignota (vti reor) tradit Io. Ant. Campanus Episcopus, scriptor multiplex, doctus, & eloquens in historia Brachij. Fuit hic aliquando expugnati Typherni, Perusinorum, Assisiatum, canariensium, Spellanorum, Esinorum, Gualdensium & suprà castellumplebis, Montemalboddi, & rocchamcontratam, Thudertinorum Dominus, Fogiæ Comes, Capuæ Princeps coronatus, Comestabilis, ac totius regni Neapolitani Gubernator, & Imperator exercitus tùm Reginæ Ioannæ secundæ, cùm Alphonsi Regis, qui iurauit in bello facturum imperata Braccij veluti Ducis supremi. Mira hęc, sed mirabilius forsitan additur. Ipsius Romę, quam suo cum exercitu victor in deditionem accepit,* superba, & àd eam diem inaudita appellatione se Dominum, & dixit ipse, & scripsit, & dici àb alijs imperauit, *imperio potitus est.*

Refert verò rationes Episcopus quibus permotus Braccius Regem Ladislaum deserens virum punicę fidei Flor: militare maluerit, Legatorum Florentinorum dicta Cuncta quàm uerissima reputans, simulq; suorũ omnium hortatu in castra Florentinorum, quæ non procul ab Arretio erant posita, cum omni exercitu profectus ab ijsdem Legatis

gatis mille & quingentorum Equitum stipendium numeratum accipit. Rex obsidere Arretium constituit, cuius præsidio collocauerant Florentini Sphortiam non parui exercitus ducem, qui antequam arctius clauderetur, clàm consulit Brachium; Hic ex superiore parte vrbis erumpendum censet improuiso impetu, daturum se signum, atque hostibus à tergo incubiturum. Educente paratum agmen Sphortia hostes vndiq; ad arma concurrunt, paucisque oppositis turmis ad impetum retardandum, vtrinque egregiè pugnatur. Sed Brachius, qui non procul indè ad fluminis ripam se contulerat inconditum, & temerè confluentem hostem à tergo inuadit. Tantus terror Regi est iniectus, vt repulsis longo interuallo suis, ipse de fuga cogitauerit. cæterùm multitudine fretus inter resistendi, fugiendique consilium trium millium paßuum interuallo reijcitur multis suorum cadentibus, captis nonnullis. Hac insperata calamitate perterritus magis, quàm attritus Rex Cortonam recessit confessus nunc primum scire aliud esse magni, aliud strenui exercitus Ducem esse; Quippè fusa, fugataq; viginti milia equitum, decem peditum à paucis non priùs consistere ausa esse, quàm persequendi finem hostis fecisset.

Quippè Florentini per omnia ditionis suę loca dimiserant, qui transeuntibus non hæc vsitata, & vulgaria genera cibariorũ: sed rarissima, & delitiosissima quęq; ministrarent. Nec vlla gens est accipiẽdis amicis; exhibendaq; liberalitate magnificentior. Quatuor præterea nobiles domi Ciues ad eum excipiendum præmissi, &c. quanta esset eius

lib. 4.

Io. Ant. Campanus Episc. Aprutinus Hist. brachij l. 2.

Vrbis magnificentia perſpexit. Parietes erant Gallicis tapetibus contecti omnes: tum lautiſſimi ſtrati ori, vacuis, ſed auro, purpuraq; pictis in cubiculis eminebant. Vaſa quoq; in Cænaculo partim aurea, partim argentea longiſſimo ordine feriebant oculos. Huc publice huc priuate congeſtæ delitiæ. Tum epularum quidquid vnquam mortalium gula potuit excogitare: aurata fercula, aurata condimenta Nam vulgares ſucci, liquoreſque ſorduerant. Hæc omnia Regio cultu ſuccincta iuuentus honeſtabat. Nobiliſſimi ciuitatis. &c.

Iis nullæ gentes neque animo ad res magnas gerendas, neque conſilio præſtant. Sæpe cum finitimis populis rem geſſere; quum aut ipſi vltrò inferrent bella: aut ab alijs illata propulſarent: nunquam tamen ſuccubuiſſe: ſed latiùs ſemper propagaſſe imperij fines traduntur. Non ſatis bellicoſi illi quidem: vt planè poſſit intelligi bella ipſa non magis vi corporis quam animi conſilio procedere: ſed induſtria rerum gerendarum mirifice præditi: tum lautitijs & Domeſtica rerum magnificentia clari: Templa: fora: parietes: priuata atque publica ædificia cuncta ſublimia: multo ſpacio circum vrbem altiſſimæ ſurgunt villæ: nec preſſius agreſtes caſæ: quam Vrbanæ domus erectæ conſpiciuntur. Florentinum ingreſſus agrum alium quendam cenſeas patere orbem. Vbi vrbem intraueris: alterius orbis domicilium videas.

Hanc ciuitatem multi Reges: multi populi bello petiere. Sed tāta in libertate defendenda vis fuit: vt sæpe necessitate inueniente consilium Regum ac populorum incepta: conatusq; perfregerint: & vbi bellum à potentioribus esset illatum: vno statim momento concitarent finitima bella: & cum semper Italiam: tum plærunque magnam orbis partem ad arma impellerent: Reges atque auxilia ex alio quodam accirent orbe. Iam nunc reliquiæ Italiæ non tam viribus: quamquā & illæ supra modū auctę sunt: quā consilio atq; astu me tuendi.

Io. Iou. Pontanus rerum suo tempore gestarum lib. I. *neq; omninò consentit, neq; multùm dissentit à Campano.*

Florentinorum nomen per orbem terrarum latè clarum est, non tàm rebus gestis, quàm gentis ipsius solertia & vrbis magnificentia. Eam in plano sitam amnis Arnus interfluit, quam Deorum ne immortalium templa, an publica, priuataque ædificia magnificentiorem reddant, haud facile est iudicatu. Ipsis ciuibus mirum ædificandi studium, mira ornandi cura. Siquid regio non suppetat peregre deuehendum, atq; importandum curant. Certamen est non in vrbe modò, verum etiam in agris, qui magnificentiùs ædificet. Itaque regio sumptu villas passim ædificatas videas. Genus ipsum hominum acutum, & graue, bonarumque artium studiosum, pecuniæ tamen studiosius, quo circa in vltimis etiam terris negociantur. Quorum tamen propria laus est, ac peculiare meritum

quod

quòd Latinas literas penè ab interitu vindicauerint, dum & ipsi Latinis ac Græcis literis dant operam, & illarum studiosos ad se accersitos salarijs, præmijs, honoribus prosequuntur. Vrbs ipsa paulatim à paruis obscurisque initijs, atque Fesularum è ruinis creuit: quam quidem artium plurimarum, quas ea gens aut ipsa inuenit, aut ab alijs inuentas perfecit, frequentia mirum in modum auxit, locupletauitque.

At omninò Campano cõsentire videtur Phil. Vic. Dux Mediol. testis irrefragabilis, qui princeps Italiæ nobiliss. ac præpotens tunc erat, ideoque ab assentationis suspicione disiunctus; & hostis nuper fuerat Florentinæ ciuitatis; quam Veritatis, & Virtutis amicus egregijs laudibus celebrat hac Epistola edita inter opera Poggij.

Philippus Maria Dux Mediolanus eruditissimo viro amico nostro dilectissimo Poggio ciui Florentin. Secretario Apostolico S. D. P.

EX quorundam nostrorum relatione fidelium intelleximus eruditissime vir, amice noster dilectissime sæpenumero te questum extitisse: Florentinos ciues à nonnullis impudenti quadam & satis proterua appellatione cæcos dici eamque probatissimis & optimis viris falso inscripti nominis infamiam, à nullo melius quam à dignitate nostra posse deleri. De qua laudabili profecto

assertione & voluntate tua non mediocrem voluptatem lætitiamque suscepimus: cum nihil à te nisi syncera & recta ratione, nisi prudenti, maturoque consilio credamus iudicari. Et profecto ea digna sapientia, & virtute tua extimatio videtur esse: quæ non minus dignitati nostræ pro mutua inter nos beniuolentia, quam ciuium illorum claritate videatur consulere. Quid enim laudabilius, quid honestius: quàm eam nos potissimum impendere operam, ex qua optimorum omnium, & in primis amicorum nostrorũ fama reuirescat? Quid etiam iniquius: quàm eos falsis inquinare rumoribus, quorum fides, pietas, integritas omni denique in re prudentia spectata est? Tuam igitur erga illam florentissimam ciuitatem, singularesque conciues tuos charitatem, nec minus extimationem dignitatis nostræ commendamus: laudamus: admiramur: & ita nos animatos in futurum pollicemur, vt quotidie magis hoc animo nostro ponderemus. Cæterum vt ad rem ipsam accedamus: non immerito nobiscum soles indignari: tantam apud vllos vanitatis valuisse opinionem: vt Florentinos ciues non nostra solum, sed cunctorum ferme sententia doctissimos, cæcos ausint appellare. Q. q. id ex inuidia quadam magis quam vlla aut ratione, aut veritate putemus contigisse: vt clarissimis viris tantopere nonnulli conentur illudere. Quis enim adeo omnium rerum ignarus queat reperiri: qui cum vrbis illius

pul-

pulcritudinem, ornatum intueatur: tum ciuium moderationem, prudentiamque intelligat: eos cæcos arbitretur, à quibus singula tanta ratione, ac diligentia regi soleant: ac non potius seipsum non oculis modo, sed ingenio captũ sentiat? Nos enim qui nulla affectione, nulla inuidia aut maliuolentia ad iudicandum adducimur: tantum abest vt eos cæcos arbitremur, vt omnium prudentissimos, & oculatissimos potius esse fateamur. Nam vt paulo altius sermonem repetamus: quæ nam vrbs memoria nostra quibit reperiri. quę prosperis in rebus ęquitatem ac moderationem, in aduersis fortitudinem Florentino populo parem visa sit prestitisse? Non enim priuatim dumtaxat huic vel illi ciuitati beneficia contulit: sed vniuersæ simul Italię tranquillitatem, ac pacem impendere conatus est. Cuius rei cum multa ac pręclara extent monimenta, illud vel in primis admiratione videtur esse dignum. Quippe cum maxima, & grauissima bella cum maioribus nostris gessisset hic populus: adeo aduersus omnium iures indefessum se pugilem pro libertate sua pręstitit, vt cunctorum bellorum semper idem finis illi fuerit: tuta Italię pax, & secura tranquillitas: nec vnquam cum sociorum suorum iniuria imperium studuerit perire. Qua in re tanta ab illo humanitas pietasque erga me pupillum adhuc, & scutum nostrum maliuolorum quorundam suggestione ruentem ostensa & obseruata est: vt diuini illius beneficij

memo-

memoriam, nulla ex animo nostro exceptura sit obliuio. At vero proximo bello, quod à nobis pro gloria & dignitate solum, cum Florentino populo gestum: quanta ab illo diligentia, auctoritate, consilio, prudentia conatibus nostris occursum fuerit euentus docuit: vt hæc vnica vrbs quasi iure quodam gentium libertatem vendicasse, nec vlla aut inimicitia, aut maliuolentia, sed pro gloria nobiscum putetur contendisse. Nempè si vniuscuiusque officium est patriam tueri, & libertatem propriam defendere; quis Florentinos ciues accuset, aut odio dignos censeat, qui ita se ad REIPUB. tutelam contulerunt, ita in hostes fuerunt animati; vt nihil impie, nihil auare, nihil contumeliose credantur egisse? Sed totis Italiæ suorumque fortunis pensitatis, odia semper cum armis posuere; nec secus priscæ, ac Romanæ probitatis vestigia imitati, à quæ originem duxisse referuntur. illius claritatem videantur æmulasse. Hęc nobis profecto non cęci ac hebetis, sed vigilantissimi prudétissimiq; consilij videntur esse signa. Siquidem optimarum rerum notionem non vulgi opinione, sed consilio, prudentia, auctoritate metimur. Illa vero non minore laude putamus celebranda, quę domi & in pace vestra in rep. magno in honore semper fuere. Semper enim in illa consilij grauitas fuit, integritas, continentia, minima aleni ambitio, sui diligens custodia, amicorum charitas, profugium bonorum; tum artiũ

libera-

liberalium ſtudia: talis denique moderatio, vt nihil potius quam Italiæ pacem dare; afflictos tueri; ſuperbos cohibere; & fidem omni auro vtilitatique anteferre; ſanctiſſimus Senatus veſter putetur cogitaſſe. Quid de Religionis cura & templorũ ornatibus referam? in quibus adeo vrbs veſtra creditur excellere; vt cum nonnullæ Italiæ vrbes vna aut alia in re habeantur pręclarę, hac ſola maxime non inferiores tantum, ſed barbaræ quodammodo cenſeantur eſſe. Hęc autem cum omnibus nota ſint, ad eximiam veſtræ ciuitatis laudem non putamus reticenda; quamquam multa à nobis breuitatis cauſa conſulto omiſſa ſint. Sed hæc ipſa recenſere viſum eſt; vt omnibus planè notum fiat; non cæcos, ſed oculatiſſimos (vt prædiximus) huiuſmodi fore ciues: à quibus non preſentia ſolum, ſed præterita ac futura conſiderari ſolent: & qui ex omnibus quæ ad tranquillitatem ac pacem precipue conducant nouerint eligere. Tales igitur nos viros non amabimus: non amplectemur: non in delicijs ſumus habituri: non ſuprà omnium ingenia videre confitebimur? Nos quidem illos, vt dignum eſt, omni cura, diligentia, amore proſequemur: quantoque maior ob gloriam contentio belli nobis cum illis fuit, tanto beniuolentię charitas obſtrictior, & fides indiſſolubilior ſemper erit: vt nihil tam magnum, aut arduum excogitari queat, quod ab eorum fraternitate & beniuolentia amplius

poſſit

possit auertere. cum antiquior apud nos virtutis honos sit, quam Imperij, aut diuitiarum vlla cupiditas. Quamobrem eruditissime vir nihil est quod huiusmodi rumores magnifacias, aut quidpiam insipientum voces ad laudem, aut vituperationem existimes conferre. Ea demum vera laus est, quæ à laudato viro proficisci solet. Vnica clemētiæ,& virtutum operatio laudem promeretur. Verba autem si nihil amplius quam bonorum calumniam præseferant: contemnenda, ac nullius momenti habenda sunt. Nos autem omni cura diligentiaq; præstabimus, vt tuam istam de nobis existimationem quam gratissimam nostræ dignitati fuisse intelligas: nec minus conciuium tuorū amicitiam, ac fraternitatem amplectentes, totis viribus augemus, vt eorum benefacta in lucem prodeant. Ad quorum quidem non laudem solum, sed vtilitatem, ac protectionem status, rerumq; suarum, personam, opes, facultates, denique (quo nihil antiquius nobis est) inconcussam fidem pollicemur; & omnia ipsis grata offerimus læto corde; dispositi quæcumq; facere ex quibus honos decusq; succedat florentissimę vrbi vestrę; cuius solidam ac fœlicem exoptamus libertatem. Vale amice noster dilectissime. Ex castro nostro Portetenis quinto Kalen. Augusti 1438.

Nota 4. Pacem itera postulatam obtinuit: *Hac firmata Legatio Florentinorum ad Regem decernitur, de qua hæc leguntur in lib. Cancellariæ Reformationum.*

Rap-

Rapporto che si fà per me Luigi di Neri Pitti Ambasciatore eletto in compagnia di M.Christofano degli Spini,& di M.Giou.di Serristoro al Re Ladislao

Partimmi da Firenze à di v. di Marzo 1410. Et quì in Firenze tornai à di xvij. di Giugno 1411.

La commissione che da nostri SS.auemmo contenne più cose, ma le

Nota 5. Reiecta demum pace callidè oblata..

De hac, deq; Bartholomæo hæc S. Antoninus cap. 8.

Ne tamen oblata pax ab eis sperni videretur Bartholomæus vir egregij animi consilijq; & Nellus I. C. Mediolanum missi: qui ad Vrbem laudi quum peruenissent xx millia passuum Mediolano propinquam, Ducis iussu propiùs adire prohibiti sunt asserentis se, quum à loco peste infecto venirent, nisi post xl. diem eos non auditurum; missurum tamen qui eorum postulata audirent, & suo nomine, quæ agenda essent, tractarent. Ad quæ Oratores, ad Ducem se non ad alios ire iussos responderunt, neq; pestem se, sed pacem secum ferre, quam si respueret, armis decernendum esse. Re infecta Oratores reuersi Ciuitatem summo aduersus Ducis calliditates odio incenderunt; Oratio Bartholomæi præsertim dolos detegentis animos ciuium commouit.

Sabellicus Ennead. x. l. 1. Fuitq; Legationis illius Princeps Bartholomæus Valerius cæterum processerant Legati Laudem vsq; quum ibi subsidere iussi sunt,

si sunt, atque edocti Phil. pestilentiæ metu nolle eos audire, missurum, tùm qui ipsorum postulata cognosceret, cognita ad se deferret. Tùm Valerius, Nos, inquit, pacem, non pestem Philippo attulimus, &c. *Post breuissimam & magnanimam Bartholomæi adhortationem ad bellum Magistratibus Florentinis factam subdit*

Hisq; Valerius stimulis adeò primorum animos inflammauit, vt postridiè sit bellum decretum.

Not. 6. Extorsit demùm fœdus. *Sequutus sum scriptores in margine citatos. De hoc fœdere adest Epistola Dominorum, qui Rodulphium, vt etiam in alijs epistolis, celebrant, in l. inscripto* Litterarum vulgarium ad Oratores Liber

S Pauli S Landi MCCCC XXII.

Domino Laurentio de Ridolfis & Domino Marcello de Strozis oratoribus Ven. &c.

Km̃i nr̃i per le lettere scripte ne dì passati

Nota 8. Marchio Ferrariensis Nic.

Hic prænobile præconium tulit à grata Rep. dum crearetur ciuis Florentinus peculiari, & perhonorifico priuilegio, vt constat ex infrascripta tabula publica.

Die 15. *Mensis Septembris* 1635.

Fides qualitèr in libro Prouisionum publicarũ anni 1432. *existente in Archiuio publico Reformationum Ciuitatis Florentiæ apparet à* 290. *Prouisio quædam obtenta in opportunis Consilijs eiusdem Ciuitatis sub die* 1. *mensis Septembris dicti anni* 1432. *In qua inter alia leguntur omnia infrascripta videlicet.*

Ter-

Tertio Prouisionem infrascriptam super infrascriptis omnibus, & singulis deliberatam, & factam per dictos dominos Priores, & Vexilliferum, confalonerios Societatum populi, & duodecim bonos viros, Communis Florentiæ, secundum ordinamenta dicti Communis, quę talis est videlicet.

SI QVIS diuturnam beneuolentiam, sinceramque dilectionem vsque in hodiernum conseruatam inter Illustrem, ac potentem Dominum, Dominum Nicolaum Marchionem Estensem Ferrariæ dominum, Maioresq; suos, ac Magnificam Communitatem Florent. secum reputet; si benignitatem, bonitatemque naturę illius, si mores, ac virtutes ipsius, si caritatem in Florentinos; si liberorum egregiam indolem, specimenque virtutis diligenter inspexerit; profectò non admirabitur si Florentinus populus quodam singulari priuilegio ea præfato Illustri Domino Marchioni filijsq; suis concesserit, quę nemini nostris temporibus per eum concessa fuere; nàm mutuus amor sic fieri exigit. Hanc igitur beneuolentiam augere, & aliquo charitatis signo posteris suis comendare, omniq; studio conseruandam relinquere volentes Magnifici, & potentes Domini, Domini Priores Artium, & Vexillifer Iustitiæ populi, & Communis Florentiæ, vt quemadmodum libertatis, ac substantiæ sic & veri amoris hęredes, successoresq; sint, &c. Eorum proprio

 motu

motu pro vtilitate Cõmunis eiusdem & omni via iure, & modo, quibus melius potuerunt prouiderunt, ordinauerunt, & deliberauerunt die primo mensis Decembris Anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, indictione vndecima.

In primis quod Illustris, ac Magnificus Dominus, Dominus Nicolaus Estensis Marchio, ac Ferrariæ Dominus, & eius filij tàm nati, legitimi, & naturales, quàm naturales tantum, seù spurei, quàm etiam eius filij, & descendentes nascituri deinceps per lineam masculinam intelligantur esse & sint perpetuò veri originarij, & antiqui Ciues Ciuitatis Florentiæ, & in omnibus, & per omnia, & quoad omnes fauores, immunitates beneficia, honores, & priuilegia quelibet, & pro talibus habeantur, censeantur, tractentur, & sint, & gaudeant, ac gaudere possint, & debeant omnibus, & singulis beneficijs, & fauoribus, quibus gaudent, seù gaudere possunt, aut poterunt, quicunque veri, originarij, & antiqui Ciues Ciuitatis prædictæ.

Ego Vincentius Teglia q. Ioannis Baptistæ filius Notarius publicus Florentinus, & ex Ministris ad Reformationes Ducales In fidem &c.

Elogium

Elogium XIII.

ANtonius Acciaiolus Nerij filius nothus, Dux Athenarum II. pace, belloq. illustris accepto Thebarum, ác Bœotiæ imperio (nàm Corinthus ex testamento Nerij contigerat Tochio; reliqua Phocensium regio, ac Lebadia venerat in potestatem Baiazitis, Athenas Veneti occupauerant) in Venetos bellum mouit, vrbemque Athenarum summa diligentia exercitibus circumsedit. Veneti facilius eam posse liberare rati, si hostem in corde regni lacessérent armis, exercitum ex Euboia quantum potuere comparant, adornant; rectà mouent in Bœotiam, & contra vrbem, at irrito conatu. Antonius enim, vbi id accepit, illorum consilium, vel optimum elusit, viribus longè inferior, arte superare hostes decernit. Igitur suos in duas turmas partitur, quos locat in via, per quam Venetos, & Euboienses iter facturos compertum habebat, vnam in fronte posuit, alteram vt à tergo esset iter ingressis, deindè moratus, donec hostes ex improuiso in medium venirent, in hos, quorum numerus sex millia complectebatur, petentes vrbem Thebanam, in insidias præcipitatos vndique coortus habens in singulis turmis non vltra trecentos, simul vtrisque apparens, fugam arripere coegit; plurimis cæsis & captis: principes etiam, qui eam regionem gubernabant, cepit viuos. Hinc cedens reuersus est ad obsidionem Athenarũ, ad quam

Laon. l. 5.

Iul. Riccius in Prior.

Serdonatus in Casibus Script. fam. Acc.

ad quam vrbem copias habuit, donec quidam Athenienſes pacto intercedente per proditionem traderent vrbem; paucis verò elapſis diebus arcem, quam obſidione vrgebat, occupauit, Princepſq; Atticæ, ac Bæotiæ declaratus eſt. Hæc quo potiſſimùm anno euenerint, minimè compertum eſt, ſed eueniſſe colligo ab anno 1394. ad ann. 1406. quo Ant. dominus Athenarum, ac Thebarum conſtituit ſuum procuratorem Angelum patruum Epiſcopum Oſtienſem Cardinalem Flor. apud S.Pont. Reges, Venetos, alioſq; Principes ampla cum authoritate. Cum autem veniſſet Ant. iam ante ianuas Paiazitis ſuperſtite adhuc patre, deindèq; quoq; acceſſit ianuas Moſis, Mulſumanis, & Mechmetis demum poſt Athenas in poteſtatem redactas: Ianuæ verò milites muneribus conciliatos ſibi familiaritate, arctiſſimaq; neceſſitudine deuinxit, & admodum ſuauiter, & tranquillè regnauit. Princeps hic cętera illuſtris extitit, tyrannidem autem exercuit ducta priuati Thebani vxore, cum enim nuptiale ſacrum peragentes in nuptijs cuiuſdam Thebani choreas ducerent, aderat Sacerdotis filia maritum habens forma, moribuſq; adornatum. Hanc in ipſa chorea adamatam haud multo tẽpore poſt amore amens ſibi matrimonio iunxit. Vitam verò ſuam cum temperanter inſtituiſſet, ac Principatum ad eum modum, quo ſibi, ſuiſq; & alijs maximè opportunè habere videbatur ad multam ſenectam peruenit fæliciter viuens. Aleoti filium Æginę Principem corporis fortitudine præſtantem generum

Laon. a quo hęc mutuatus ſum, videtur hic ſumere tyrannidem pro principatu, more priſco, quod ipſe indicat, vſus pluries tyrannidis & principatus vocabulo promiſcue, nam l. 6. hęc habet. Hic autẽ principatus, ſiuè tyrãnides per Italiã diſperſæ ſuut tyrannis Ferrariæ, Hùc adde Tyrãnos Vrbini, Mantuę Mediolani, Romæ Neapolis Iapygiæ. Vt autem principes Ferrariæ Mediolani, & Iapygiæ ſe gerant, &c. De Vrbini Tyrannide hæc ſuo, Tyranni ſeu principes Vrbini ex antiquiſſimo genere, &c. Aleotus in margine Laonici appellatur Galeotus Malateſta.

rum asciuit sibi maximè opportunum data ei, quam adoptauerat, in vxorem filia. Habuit alteram adoptiuam, qua generum parauit iuuenem àb Euboia oriundũ claris natalibus, scilicet è familia Georgia. Postremò Antonius cum inter ipsum, & Venetos bellum pace diremptum foret, pacatam amplexus est vitam, imperio pulcrè, ac decentèr constituto multas congessit diuitias, vrbem quàm potuit maximè ædificijs, & reliquo apparatu exornauit. Præter alia ędificia, & viarum ornamenta iussit in ore portus Pirei duos leones marmoreos poni: liberalis in suos apud se continentèr habuit; ac stipendijs auxit Antonium, & Nerium fratres, filiosque Franci, qui frater patruelis fuit Antonij, cuius in principatu successores extitere illi: Grata verò in patriam liberalitate excelluit, à qua Legatum Franciscum Alderottum excipiens priuilegio Florentinos omnes, qui maria cuncta nauigarent, ac portus Acciaioli, insigniuit, quo immunes, liberiq; ab omnibus vectigalibus forent. Id successores sequuti domesticum exemplum, quod externis longè acriùs àd virtutem, gloriamq; impellit, seruarunt donec Græciam Turcæ occupauére. Itaque Antonius prudentis ductoris, atque egregij ciuis laudem meritus fuisset princeps in paucis memorabilis, cui nec tranquillo tempore magnificentia, nec aspero animi magnitudo, neç vtroque prudentia, & fælicitas defuit, nisi, qui bello inuictus hostes præpotentes vicerat, amore victus indigna vincula tolerasset Amoris infulata victima, trabeatũ

que

que mancipium fæminæ. Excessit grandæuus apoplexia in lecto ictus repentina morte, quæ si paratum inuenerit, vt expers doloris; ac ægritudinis, quam longi morbi pariunt, videtur fælix, si autem imparatum offenderit, infælix est, ac deploranda lachrymis non oculorum magìs, quàm cordis.

Epigramma.

Nobilis ò salue Princeps, Dux inclyte salue,
O Florentini lux rediuiua soli;
Tu patriæ natus, nec inani nomine ciues,
Qui tibi sunt fratres, munere nobilitas.
Tu Venetúm frangens bellantia signa paternum,
Eripis è Venetis vnguibus imperium.
Tu consanguineos æquo complexus amore,
Qui clari euadunt post tua fata Duces:
More patris blandis vrbem moderatus habenis
Molibus exornas diuite pace beas.
Longius, at (fateor) pro epigrammate scribo poema,
Virtutem haud capiunt carmina curta tuam.

Aliud

Dum videt àh animùm sitienti lumine princeps
Thebanam, indigno victus amore perit;
Namque perire reor læthali crimine puram
Commaculare animam, est mors mala culpa grauis.
Disce, ocúlus noster Basilici est lumine peior,
Vulnerat id corpus, vulnerat ille animam.

Not.I.

Not. 1. Athenas Veneti. *Secutus sum Serdonatum, scriptores Fam. Acciaiol. et tabulas in compendium redactas ab Ammir. à quibus aliquantùm dissentit Laon. l. v. dum scribit:*

Nomen filij nothi erat Ant. Huic testamento reliquit Bæotiam, & Thebas vrbem. Nam Corinthus cesserat genero Theodoro Regis fratri, Vrbem Athenas, quæ priùs Celtiberorum erat (Nam & hanc tenuere Iberi) sibi subijciens tandem Venetis reliquit. filius Antonius à patre accepit Bæotię Regnum &c. Antonius contra Venetos bellum mouit & Athenas summa diligentia exercitibus circumsedit. Veneti ęgrè ferebant vrbem suam obsidione premi, parant igitur eam obsidionem soluere.

In reliquis secutus sum Laon. sed in hoc minimè, hic enim facilè hallucinatus est scribens Venetis à Nerio relictas Athenas, quas reliquit certè, at sub tutela, non dominio Venetorum, qui illas occuparunt, vt tradunt supra memorati scriptores, quod fortè egerunt aliquo iuris prætextu, vel obtentu securitatis, vel ambitione moti, quod confirmari posset Euentu iudice plerumque non malo. Nam Veneti, vel longè potentiores, victi parua manu minimè coegerunt Antonium ad reddendam Vrbem, vel fiduciario nomine retinendam, quod dignitati tam illustris, atque potentis Reip. conuenisset, si ius in illa habuisset hęc.

In ambiguis verò, & obscuris est verisimile, potiùs-

stare Laon. à Rep. maxima, florentissimaq; cuius videtur aliquandò studiosior, quàm àb Acciaiola familia (dum scriberetur hæc historia) spoliata omni principatu in Græcia, & in Italia, & cum qua, & Laonici patre intercessit inimicitia òb principatum, qui pater captus fuit, ac vinctus, vt scribit idem filius.

Not. 2. Admodum suauiter & tranquille regnauit. *Hæc verba Laonici sunt, vti sequentia ferè cætera vsque ad illa Præter alia etc. immutato tantùm ordine aliquoties, & omissis nonnullis verbis àb illo repetitis.*

Not. 3. Excessit grandæuus. *Antonius quò tempore obierit, ex Georgij Phranza Protouestiarij* Chron. lib. 2 *cap.* 10. *collige, qui aliqua tradit ad illum, illiusq; vxorem spectantia his verbis.*

Ineunte æstate anni 6943. Christi 1435. Athenarum & Thebarum Dynasta Antonius Lantzioles Comnenus naturę concessit. Orante autem coniuge eius Maria Melissena, filia Leonis Melisseni senioris è patruelibus Nicephori Melisseni.

Elogium XIV.

NErius secundus, & Antonius 2. fratres, ac Nepotes Donati Vexilliferi Iustitię, & Equitis, prudentia, & authoritate in Rep. adeò præstantis, vt ab ęmulis inuidiæ ergò appellaretur cognomento Dux, & Dominus, principatum diuersa ratione adepti sunt, primis Ducibus virtute, ac fælicitate minimè pa-

mè pares. Vterq; Florentia accersitus ab Antonio I. Duce secundo, domi habitus, stipendio ornatus fuerat, sublato illo, nulloq; filio, aut hærede superstite vxor demortui misit Legationem ad Turcarum Regem Amurathem, vt sibi, & optimo ciuitatis principatum committeret. Is erat mulieri propinquus genere, & pater Laonici Chalcocondylis (nisi fortè suspecta sit aliquantum fides filij, qui hæc tradit) quē misit ad Regem cum immensa pecuniæ vi, vt sibi principatum Atticæ Regionis, ac Bæotiæ traderet. Vt autem egressus Vrbe iter ingrediebatur, qui in Vrbe erant potentissimi odio Chalcondylis moti vxorem Antonij dolo deduxerunt ex arce, Antonij propinquos in principatum promouere, vxoris genus expellentes; ipsi ciuitatem tenuere. Affinitatem verò iungentes cum vxore Antonij in filio adoptiuo viro haud improbo, in arcem redierunt. Nec tamen multò post expellentes mulierem, Acropolim occuparunt, expulsaq; familia Chalcondyle Remp. obtinuere. Chalcocondyles vt venit ad Regem Amurathem captus, & in carcerem coniectus est, iussus reddere Regionem, qui nec quicquam efficere potuit pollicendo triginta millia aureorum, interim accipiens Regem misisse exercitum contra Bęotiam, vt Thæbas occuparet, fugæ omninò intentus, vbi primum oblata est fugiendi occasio, profugit Bysantium, ibiq; conscendens nauim soluit in Pelopōnesum. Naues igitur Atticæ Regionis Principum per mare oberrantes, nauem fugientis capiunt, & Script. famil. Laon.

L 2 ipsum

ipſum Chalcocondylem vinctum perduxerunt ad Regem, qui nihil eum propter delicta culpans, veniam delictorum dedit. Cum autem ipſi poſcerent triginta mille aureos reſponderunt, ſe nunquam eos poſſe ſoluere, Hinc eorum regio populationibus grauiter diuexata eſt à Turcis, qui morabantur in Theſſalia. Nerius autem Princeps cum iam ab initio foret imbellis, & effæminatior, principatu per inſidias deturbatus eſt ab Antonio fratre, nimirum vt pateret, gratiam fratrum, quæ rara eſt, facilè ſuperari ab æmulatione, & ambitione, æmulationis matre ne, an filia? Nihil memorabile nobis compertum geſſit Antonius, inglorio imperio functus filium reliquit nomine Francum qui ſupremus Dux fuit notior patre, quo decedente morabatur in Ianuis Turcarum Regis. Hinc Nerius iterũ à populo Athenienſi Dux conſtitutus: cum verò Conſtantinus Paleologus cognomento Dragaſis Spartam, & vniuerſam ferè Peloponneſum obtineret, nec ceſſaret Turcæ regionem extra Peloponneſum ad defectionẽ ſollicitare, vniuerſum Bæotiam in ditionem redegit. Siquidem Nerius Atticæ Princeps non ſatis munitus, vel imperij viribus, vel animi magnitudine nolebat cum eo pugnare, ac tributum ſe quotannis ipſi penſurum pollicebatur: hinc fœdere icto in amicitiã receptus. Verum Græcis in Turcas bellum gerentibus Numores Turachanis filius aſsũpto Theſſaliæ exercitu impetũ in Thæbas, & Atticam dedit, quibus vaſtatis, reuerſus eſt magna præda onuſtus. Cum autem Nerius

Erat Nerius, etiam Thebarum, ac Brotiæ Princeps, vt colligitur ex Laon. l. 6. & affirmatur a ſcript. fam.

Theodorus Spanduginus lib. 1. com. tradit Amurathẽ parato exercitu, obſediſſe Athenas à Duce Nerio poſſeſſas, & hunc deditionem feciſſe Amurathi.

Athenienſium Princeps, quia ſocia arma iunxerat Græcis, grauiſſimè vrgeretur populationibus, videretq; Turcarum res denuo exoriri, ac priſtinam fælicitatis formam recipere, tandem neceſſitate ſubigẽte Legatos miſit in Ianuas petitum pacem, vt qui velit fædus inire, ac tributum, quemadmodnm antea, quotannis ſoluere. Legatio benignè audita ab Amurathe, fædus, & pax ea conditione tributi annalis data. Græci audientes pacem inter Atticæ Principem, & Regem cõueniſſe, continuò arma in Athenienſes capiunt. Princeps nuncio miſſo indicat Regi, in quanto periculo hæreat, videlicet Græcos Vrbem obſidere, quam vt capiant ſumma vi niti. Hortatur ergo Regem, quem etiam per Nuncios hortabatur; Turachanes Theſſaliæ Præfectus rei militaris peritiſſimus, vt bello Peloponneſum laceſſat. Interea Coſtantinus Iſthmum muro includens, fratre, ac omnibus, quoquot in Peloponneſo ſunt, accerſitis & conuenientibus communit præſidijs, propugnaculum ad hoſtes propulſandos validiſſimum. Amurathes verò, qui acceperat Conſtantinum ſupra incurſionem factam obtinuiſſe Pindum, Beotiam, Locros, qui Ozolæ dicuntur, neque ab Attica abſtinere, Aſiano & Europæo exercitu ad Pherras, relicta Adrianopoli, venire iuſſo, & copias augens ex omnibus Regionibus, quas permeabat, milites aſſumens venit Thæbas, quo venerat cum exercitu Nerius, vt eum iuuaret aduerſus Peloponneſiacos. Cum itaq; veniſſet Mingias, caſtra metatus eſt, ibique aliquot

dies

dies moratus, mouit ad Isthmum, vbi castra communiuit, quæ vtrimque mare (tanta erat eorum amplitudo) attingebant. Oppugnauit, occupauitq; Isthmum Amurathes, maximaq; edita Græcorum cæde Thæbanos, qui Thæbas metu consiliario deseruerant domuit, Pindum subegit, ac Peloponnesum, quæ priùs libera erat, tributariam sibi fecit, pace cum Græcis inita.

Not. 1. Donati Vexilliferi *hunc Nicolaus M. Seneschallus constituit an.* 1365. *gubernatorem Corynthi, Veronæ Franciscus Carrariensis huius dominus ad bellum in Io. Galeacium Vicecomitem an.* 1388. *proficiscens. Hunc Neapolitanus Rex Baronem Basciani & Castagnæ creauit an.* 1392. *Hic Senator Romæ à populo ciuis Romanus renunciatus. Hunc belli præfectura, secundo Vexilliferatu, multis, amplissimisque legationibus functum, maxima domi authoritate, ac existimatione apud summos Principes florentem, noua (incertum pacandæne, an occupandæ* Reip.) *molientem Florentini rectores relegarunt Barolim. Ex quinque huius filijs Antonius Episcopus Cephaleniæ & nepos Ioannes Archiepiscopus Thebarum euasit.*

script. fam. Volat.

& supra alios Historic. Ammirat. qui de Donato fusè scribit, & honorificè.

Elogium XV.

N. Acciaiolus secundi Nerij Ducis filius, Dux V. Athenarum extitit adhuc puer, & sine nomine, sine Regno, tantę moli ob ętatem impar, matrem nouercam, non matrem sentiens. Hæc defuncto

Laon. lib. 9.

functo Nerio filium hunc superstitem habens adhuc puerulum Legatos mittens ad Ianuarũ milites, quos largitionibus sibi conciliarat, facilè retinuit principatum Athenarum. Verùm paruo interiecto tempore exarsit amore in adolescentem Venetum, qui mercium gratia Athenas appulerat. Amore igitur amens huic plurimis blanditijs pellecto se nubere velle, & principatum simul tradere promisit, si priùs repudiata vxore rediret Athenas. Hic filius Petri Palmerij Senatoris, cui à Venetis Nauplium Vrbs commissa erat, amore incensus, ac spe occupandi principatus, ambitione, & amore pessimis consultoribus vsus coniugem suam Senatoris filiam necauit, deindè Athenas rediens Nerij olim vxorem duxit. Cum autem euasisset ad Vrbis regimen delatus est ab Atheniensibus paruum, ac legitimum Ducem amantibus apud Ianuas Regis, tandem vt aliqua ratione leniret inuidiam Atheniensium, qua premebatur, se pueri tutorem esse pronunciabat. Nec multò posthunc assumens ad Regem venit. Tunc Francus Antonij secundi Ducis IV. filius, pueriq; frater patruelis morabatur in Ianuis, sperans tempus affore, quo ipse Atheniensium principatu potiretur. Rex verò, vbi comperit amentiam mulieris, Franco Vrbē commisit, eiq; parere iussit Athenienses. Hi quidem benignis animis (vt imperatum erat) excepere nouum Ducem. Sic puer Dux (de quo postea nihil compertum) à patre relictus hæres Atheniensis, ac Thebani imperij sub turcla, & administratione matris, Script. famil. Acc.

huius

huius iniquitate exutus est debito principatu, nec inultus: hæc enim cæsa demum iubente Franco dedit pœnas debitas sceleri, cuius vltor exstitit, qui successit.

Prosopopæia N. Ducis.

ILle ego Cecropidum Princeps sine nomine notus,
Nobilis imperio, cassus at imperio.
Me peperit Regno, Regnum mihi mater ademit,
Quæ sibi coniunxit coniugio Ventum.
Nempè hostem dedit illa mihi, ne patre carerem;
Namq; mihi est hostis, qui occupat imperium.

Elogium XVI.

Hic appellatur Franciscus à Sansouino in Fam. Ferreria

FRancus Acciaiolus Antonij 2. filius ad principatum euectus, vt lapsu grauiore rueret, non diu lætus tanto munere vixit. Siquidem Ducissam captã, & Megaris in carcerem conditam non multò post interfecit propter scelestas illas nuptias, quas cum iuuene Veneto contraxerat. Quapropter cum postea hìc Francum eius iniuriæ in Ianuis Regis accusaret, Rex rei indignitate cõmotus præcepit Omari Turachanis filio Præfecto Thessaliæ bellica virtute, ac rebus gestis maximè illustri, vt Franco adimeret Athenarum Vrbem, ac principatum. Omares accepto Thessaliæ exercitu ad vrbem accedens eam continuò subegit, arcem tamen diu obsedit sperans

se ca-

ſe capturum hanc opera virorũ, qui in eadem erant, quibus vtebatur familiariter. Cum autem nihil ex voto, ac ſpe ſuccederet, Francum in hunc modum allocutus eſt. O fili Antonij haud dubiè noſti familiam Regis, qui Vrbem hanc tempore longo tibi regendam conceſſit. Quoniam autem Rex nunc imperat, vt eam reſtituas, neſcio quo iure eam inuito Rege teneas: ne dubites haud diù, ſi ſic facere perrexeris, principatus iſtius Vrbis penes te manebit. Nunc tibi, ſi vis cum eo in gratiam redire, Bæotiam, & Thebas pollicetur, vt hinc decedas ferens diuitias arcis, tuaſq; ſaltem arcem Regi relinque. Hæc cum inaudiſſet Francus, petebat ſibi fidem dari, qua data crederet ſibi Bæotiam à Rege tradi. Omares igitur rem ad Ianuas referens facilè impetrauit, vt promiſſa rata fore facerent fidem. Hac accepta egreſſus eſt Francus ex arce libenter, cum acciperet Thebas, Bæotiamque reliquam à Rege, qui Athenas peragrans, & arcem contemplans, & portuum opportunitatem mirabatur Vrbis, arciſq; magnificentiam. Hæc hactenus ex Laonico excerpta, à quo diſcrepat ſcriptor Fam. Acc. dum tradit longum fuiſſe bellum inter Omarem, & Francum, qui Turcæ apparatus præſentiens defenſioni ſe validè accinxit, poſtea verò in vrbe Athenarum ſe claudens diù obſidionem ſuſtinuit, demùm in arcem ædificatam in veſtigijs celeberrimi Templi Mineruæ recipiens, Chriſtianorũ Principum opem fruſtra implorans, fame domitus deditionem fecit his conditionibus, quibus ſuperſti-

Hęc oratio ne verbo quidẽ immutato extat lib.9. Laonici quam cõſultò retuli.

te sibi principatu Thebarum, Bæotiæque cederet Mechmeti vrbem, ac Ducatum Atheniensem: hinc omni cum supellectile se recepit in Bæotiam, in qua aliquantum temporis vixit, nec tamen vim Turcæ effugit, qui se non omninò tutum existimans, nisi Christianos ab vniuersa Græcia expelleret, imperium cum vita eripere Franco decreuit. Hæc potissimùm causa fuit: Mechmeti Athenas aduenienti quidã peregrini, qui in arce erant, exponunt quosdam Athenienses coniurasse, vt proderent vrbem Franco Bęotiæ Principi. Id accipiens Rex ciues decem opulentissimos capit, deportatq; Byzantium. Francus verò ex fædere militans in regio exercitu cum suo equitatu Leonardum Tochium, cum quo bellum gerebatur, persecutus (vt imperatum erat) fugauit per diuersa, seq; contulit ad Zoganum Turcarum Regis affinem, Peloponnesi Pręfectum, ac exercitus Thessalię Ducem crudelitate nobilem. Hic àb Mechmete per nuncium iussus, vt Francum quomodocumque occideret, honestè excipit aduenientem, cænaq; splendidè adornata mensę secum accumbentem, ac nihil tale veritum strangulari iubet à quibusdam Iathnizaris ad id facinoris destinatis. Sic mensa principum carnificina effecta, victima crudelitatis, velut in ara mactatur princeps miserabilis. Iactent nunc Principes coronas, & Regna, dummodò sciant se, imperiumq; suum prædam hostium, fortunæ ludum esse, ac districtum ensem super ceruice (domina ne, an veriùs serua?) pendere læthalem saporem elaboranti

Theod. Spãduginus.

epulo

epulo carnifice. Is fuit vitæ exitus Franci, ac diuturni imperij Acciaiolæ gentis, nam Mechmetes cognita cæde Franci statím occupauit Thebas, & vniuersam Bæotiam, secum duxit Byzantium tres illius filios, posuitque òb teneram ætatem in Ephebòrum septum.

Not. 1. Francus. *De hoc quædam scripsere perperam Authores aliqui. Hunc enim Volateranus tradit à Nicolao gentili missum ad regendas Athenas, sed errat in re, nomine, tempore, neq; enim quisquam missus à Nicolao, cum Nerius primus dominus Athenarum, has extincto pridem Nic. obtinuerit, & armis partas, quibus imperarunt insequentes Duces gentiles (vt constat in hoc libro) sexaginta circiter annos antequam Francus Dux fieret. Pigna verò hallucinatur, dum lib. 8. tradit Turcam per mortem Franci Ducis Athenarum occupasse hanc vrbem sequutus in hoc Theodorum Spanduginum, qui tradit Mechmetem Andrinopolim redeuntem cepisse possessionem Athenarum Duce sine filijs masculis defuncto.*

De Athenarum Vrbe rectius scripsit Georgius Phrāza Protouestiarius, qui lib. 3. cap. 21. Chron. has captas indicat his verbis. Iunio mense Ameras Vrbem Athenas suam fecit. *Intellige an. 1457. ex hoc Scriptore, qui in mense conuenit cum tabula pub.ica, quam sequor in notis in Elogium Nerocti Pittij pag. sed discrepat anno, in hac enim scriptum est 1456. sed parua difficultas in his conciliandis, cum forte numerus malè signatus sit aritmeticæ, vel Typographi, vel scribæ errore.*

Not. 2. Is fuit vitæ exitus Franci, &c. *In hoc secutus sum Script. Fam. à quo aliquantum diuersus Laon. hæc habet:*

Francum Antonij filium, quo per amorem abusus fuerat (vt fertur) misit ad Zoganum Peloponnesi Præfectum, quem occidi iussit. Zoganus inuitans istum in tentorium suum cum eo collocutus est vsque ad noctem. Postea autem cum abiret Francus pergens ad suum tentorium, ibi interfectus est à Zogano, cum, vt ibi necaretur, precibus impetrasset.

Epigramma.

Proh dolor! imperio rexit, qui Palladis Vrbem
Altaq; Cadmæa mœnia structa manu
Nobilitate potens, ac luce superbus auorum
Orbatus vita est, imperioq; simul.
I nunc, imperium exoptes, sceptrumq; parato;
Sic fortuna suas mutat iniqua vices.

Elogium Oratorium Pallantis Strozzæ.

Pallanti Strozzæ cuncta abundè fuerunt, opes immensæ, affinitates primariæ, genitor Honufrius classis à Florentinis An. 1362. conductæ in Pisanos Præfectus vsu, ac virtute nobilis, Vexillifer non semèl, sæpius ad Reges, Pontificesque Orator; doctrina, & eloquentia spectabilis; Equestris dignitas, munera honorificentissima. Quippè Lega-

legationibus amplissimis functus, decemuir Baliæ,& Præfectus generalis Reip. Volaterranam Vrbem, quæ defecerat ab imperio Florentino, recuperauit collega Rhaynaldo Albitio Equite clarissimo. At fortuna, quæ implacabilis hostis est veræ probitatis, ac eruditionis absolutæ, spicula malignitatis alienæ veneno illita vibrauit in Pallantem. Contempsit hęc generosus Eques, ac Philosophus τετράγωνος, qui exilij continuati sæuitiem, coniugis, ac filiorum complurium funera tolerauit egregio constantiæ, atq; moderationis præconio insignis. Huius erat solatium, atq; deliciæ studia literarum, quas complexas aluit vberibus liberalitatis fautor, & receptaculum eruditorum, inter quos Argyropulus, Thomas Sergianensis, mox Nicolaus. V. Pontifex optimus, quem filiorum Pręceptorem biennium domi habuit; Emanuel Chrisolora in Italiam euocatus, vt ornamentum Literarum Græcarum septem circiter sęcula sepultum repararet. Non expensæ, non diligentiæ parcens asportari iussit, stipendio multos afficiens, qui libros eleganter excribebant; publicare decreuerat ornatam æquè, ac frequentem bibliothecam in Sanctiss. Trinitatis sacrario splendidè àb Honufrio parente instituto.

Gymnasio Florentiæ reformando Præfectus vndequaque facultatum omnium eximios professores euocauit, qui optima fama Pallantis exciti hoc cæteris Italiæ prætulere magna discipulorum caterua comitante.

Tran-

Transtulit complures libros Simplicij super Phisicos Aristotelis; varias Ioannis Chrisostomi Homelias, & alia opera: plures Gregorij Nazianzeni sermones; Rethoricam Hermogenis; Plutarchi moralia; Orationes aliquot Demosthenis, & sermones Platonis. Multa verò opera imperfecta reliquit. Pallantis dicta magnæ virtutis indicia referre possem. Charitatem in patriam, neque inuidia, neque malignitas aliquorum extinguere potuit.

Optimi mores, atque virtutes, non vulgarem illi amorem, & venerationem conciliarunt.

Vt grati animi monumentum exhiberet Patauinis ob accepta beneficia Bibliothecam in amplissimo D. Iustinæ Cænobio construxit relictis libris Græcis, Latinisq; omnibus, ex quibus nonnulli propria manu exarati.

Decessit nonagenarius, cui à Patauinis ea frequētia, & ornamento exequiæ sunt celebratæ non secus, ac Princeps, Ciuis, & pater vrbis fuisset, quem Philelphus præsignis ea tempestate scriptor oratione habita luculenter honestauit.

Elogium XVIII.

S. Anton. & Ammir. in hist non semèl, qui l. 18. Elogium Gini nobile scripsit.

Parètius i Lib. M. S. Bib. G.

NErius Capponius Vexillifer Gini iterum Vexilliferi, qui Pisas bello domitas Decemuir, & Præfectus in deditionem acceperat, filius summā bonis artibus adeptus existimationem, & gratiam domi forisque inclytus præfulsit nobilitate familiæ,

patris

patris gloria, virtute sua. Excellebat is ferè cæteros æquales ciuilium, ac militarium rerum peritia, quã firmauerat mágna Italicorum principatuum cognitione, & vsu Dynastarum, ac ductorum equestris militiæ, à qua colebatur æquè, ac ipsi duces, qui perspectam Nerij prudentiam, & consilia æstimatione recta perpendentes huius sententiam in grauibus deliberationibus sequebantur. In bellis igitur maximi momenti ad salutem Reip. necessariò erat Nerius è primis Decemuiris Baliæ, è primis Oratoribus ad Italicos Principes, è primis Præfectis exercituum. In his temperandis immortalem sibi gloriam peperit, præcipuè cùm Bernardettum Medicen, postea Equitem insignem, collegam sortitus ad Anglarium clade memorabili fudit, fugauitq; Nicolaum Piccininum imperatorem excellentissimum plerisque ex huius exercitu præualido ductoribus, & equitibus captis, prædaq; ingenti parta. Verùm tantæ victoriæ, quam pænè incruentã nobis à Deo impetrauit Diuus Andræas Corsinus, integrum decus referre non licuit Præfectis, qui prudentissimè decernentes, ne hostis se colligeret, captiuos cataphractos retinere, motisque castris petere Sepulcri phanum, quò confugerant reliquię prostrati exercitus, ad has delendas nec milites, nec ductores (excipias vnum Petrum Io. Paulum Vrsinum ducem supremum) dicto audientes habuere, adeò contumax, & infamis tunc erat militia, quæ non gloriæ, sed quæstus, ac prędę cupidine flagrabat.

Pe. Iustinianus hist. Ven. l. 8. Iul: Ric: in Priorista. Corius hist:

Mellin. in Def: Nerlius Frã. Bocchius in lib. in Bellezze della Città di Fiorenza: verinus, catal: script:

Vita & Elog. Manettij:

Razzius in vita. Cosmi M: qui paginas integras ex historijs Mac: transfert:

Nerius cum Florentinis copijs in Clusentinum profectus castris aliquot in deditionem acceptis regionem illam Reip. imperata facere coegit iura omnia cedente Comite Puppij, qui domitus obsidione dominatum auitum amisit, quem propagare decreuerat ambitione, vt plerique reguli suas vires non æqua trutina perpendentes, præceps datus. Florentiam Nerius, ac Bernardettus reuersi, vti victores ciues è Senatusconsulto militaribus donis amplissimis ornati honore ferè triumphali excipiuntur.

Inter complures verò, & amplissimas Nerij Legationes ea, quam gessit apud Venetos ann. 1439. maximè insignis, & gloriosa extitit, quippè singulari honore exceptus ab illa Repub. intèr omnes Christiani orbis facilè prima, cui liberalitèr obtulit è decreto Florentinæ Reipub. Comitem Franciscum Sphortiam cum copijs ducem inuictum, vnicum Venetæ rei prostratę remedium. Nerij oratio instar oraculi auditur in Senatu, quam excipiunt tot gratię cum lacrymis mixtæ, & ea significatio amoris, vt haud facilè possit exprimi. Veneti, qui consternati modò atra veste induti squallebant, spe concepta, animiq; vigore reuocato lætitiæ recentis signa ostendunt; hinc Sphortię itinere decreto, peractoque munere Legationis Nerius redijt, quamuis precibus fatigaretur à Duce, & à pręcipuis Senatoribus verba amoris, & gratę significationis plenissima proferentibus, vt maneret Venetijs. Tanti viri gratia, authoritas existimatio, qua prudens, & æquus iudex, ac direm-

Scribit Minus cap: de Flor. Magnanimis Nerium repudiasse Patritiatum Venetũ & pronũciasse sufficere sibi Patritium esse Florentinum.

Ex ca. de Magnificis refert Nerium inter 4. conditores templi magnificentissimi S: Spiritus:

diremptor litium plurimarum florebat apud ciues, duces, milites, quos virtute, ac dexteritate sibi conciliauerat, formidolosa erat aliquantum Magno Cosmo, qui vèl nullum timeret, hunc tamen magni existimans aduersum sibi reddere nolebat, imò suam existi mationem tuens aptè huic obsecundabat cohibens si quam haberet ipse cupiditatem, quam iniquè feren dam àb alijs iudicaret, ne ij Nerium caput, ac ducem constituentes opponerent partæ potentię, quę alia ratione labefactari non poterat. Is animorum habitus, hæc species Reip. viguit àd annum 1457. quo Nerius fato functus honestissimè tumulatur magno cum dolore, non affinium modò & amicorũ, sed populi ferè vniuersi, qui magnũ clypeum libertatis ereptum sibi morte importuna iudicauit, iudicio nimis vero, vt consecuta Reip. permutatio patefecit. Nerij nepos è Gino Vexillifero Petrus Vexillifer anno 1493. Vir magni animi, ingenij, authoritatis auitam gloriam æquauit, vel excelluit, quippè qui ausus mittere liberam vocem aduersùs Carolum 8. Regem Italiæ vniuersæ terribilem, & iniqua propositi fœderis capita eodem spectante discerpens vnus àb impo tenti Gallorum vi maiestatem Reip. vindicauit Camillus ferè alter; deindè Pręfectus Florentini exercitus in Pisano bello fortitèr occubit. Scilicet reddens patriæ, quam debebat vitam, à qua publico funere, funebrique oratione illustratus cunctis Magistratibus cadauer nobile comitantibus est. Fortunatior huius filius Nicolaus in eodem bello Præfectus

Generalis, & Procurator amplissimus Reip. Pisas in deditionem accepit, deindè Florentiam rexit diuturnus Vexillifer exitu felici ne, an infelici? qui è magistratus continuati, nec absoluti fastigio deiectus, summi criminis suspectus, & innocens multis visus, maior priuato, dum priuatus domum repetijt magna ciuiū caterua comitante, & nōnullis magistratibus, qui ipsum, ne vi aliquā priuatorum peteretur, medium deduxerunt dispositis per loca suspecta apparitoribus. Nicolaus itàq; publio Rutilio, & Scipioni maiori Africano collatus triumphum potiùs, quàm pœnam sibi obuenisse quodammodo glorietur.

Ammir. in Paralellis la. in vita.

Not. 1. Sum. bo. ar. &c. *Id è varijs scriptoribus, qui Nerium summè celebrant, & ex ipso colligitur apertè, præcipuè dum scribit.*

Niccolò Piccinino era morto à Milano, & il Conte ruppe nella Marca tutto l'Esercito della Chiesa, & fù confortato da' Fiorentini à far pace col Papa, & in Perugia si fermò pel Cardinale Camarlingo, & Patriarca, & per vn Commessario del Conte, doue anco era l'Ambasciatore di Venegia, & il nostro, & perche vi eran molte differentie oltre a' capitoli, che si fermorono, ne fù fatto compromesso in tre Cardinali, & in Cosimo de' Medici, & in Neri di Gin Capponi. Neri fù mandato à Roma dalla Signoria, & diesi là il Lodo di tutte le differenze dette, & doueuasi depositare Fabriano per vn anno nelle mani della Communità di Firenze. El Papa promesse di farlo, e poi

Comes hic erat Fr. Sphortia, deinde Dux Mediol.

nō lo volle fare, ne osseruare, & noi facemmo col Conte, che restò contento.

Et cum de Sancte Bentiuolo notho à Bononiensibus expetito ad gubernationem agit:

In Bologna, mandorno subito quì M. Lodouico Caccialupo, & Iacopo degl'Ingrati per Imbasciadore à me, & conclusesi, che egli andassi, & M. Lodouico rimase quí in Firenze, & Iacopo se n'andò à Bologna. Voleua M. Lodouico, che Santi si facesse Caualiere quì in Firenze, & à me, e molti più altri Cittadini non parue.

Et alibi: Trouandosi il Conte di Poppi hauere il Borgo à S. Sepol. nelle mani con tutte le fortezze, & essendo Papa Eugenio in Firenze, il detto Conte mandò Ser Iacopo da Pratouecchio suo Cancelliere con lettere di credenza à Cosimo de Medici, Nerone di Nigi, Piero Guicciardini, Niccolò Valori, & Neri di Gino à dire che voleua dare liberamente la terra del Borgo al nostro Comune, si prese tempo, & ragionato insieme, se gli fece questa risposta, che considerato il Borgo essere della Chiesa, & noi hauere il Papa in casa, che per questo non ce ne voleuamo impacciare, & che ringratiassi il Conte del suo buon'animo.

Valorius hic est ille de quo in El. Bartholomæi pa. 96.

Not. 2. Singulari honore exceptus. *Id attestatur lib. 5. Mac. his verbis Hieronymo Turlero interprete:*

Venetias delatus tanto cum honore exceptus, habitusque à Rep. fuit, vt nullum vnquam Principem tàm splendidè exceptum constet. Siquidem ab

ipsius aduentu ijs, quæ per ipsum deliberanda, constituendaq; erant, omnem sui salutem pendere arbitrarentur.

Et post orationem, quam Nerius habuisse tradit

Fuere hæc verba Nerij, tanquam Oracula ex tripode petita summa cum animi attentione excepta, quæ porrò eo vsque in animos Senatorum penetrarunt, vt ij non expectato Ducis sui responso in pedes erecti, iunctis manibus, fusisque lachrymis Florentinis tàm pij officij, ipsique præterea Nerio diligentiæ, celeritatisq; ratione infinitas gratias agerent, præterea pollicerentur nullo vnquam tempore ingentis istius beneficij memoriam non modo penes ipsos, sed etiam apud posteros intermorituram, patriamque istam perpetuo Florentinis, Venetisq; communem fore.

Corius parte 6. Mathias Palmerius. senatores profitebantur, vel cupiditate regnandi in Rep. excitauit in Petrum Magni Cosmi filium inuisum nimia potentia, & importuna nominum exactione, paratis armis non modò vrbanis, & agrestibus, sed integro etiam exercitu conducto, cui praeerat Hercules Estensis, anteactae vitae splendorem, vel insigni commutatione fortunae contaminasset. Siquidem Lucas concepta principatus in Rep. constituendi spe delusus, potentia, gratia, & existimatione amissa, Fortunae pila, qui nuper Mediceas pilas calcare decreuerat, plebis, cui fuerat terrori, & admirationi, ludibrium extitit illustri nimirùm exemplo posteritati, INfirmam, fragilemque esse potentiam non suâ vi nixam, in ciuilibus verò foederibus inconstantiam vnius authoris aequè perniciosam, ac plurium capitum Aequalitatem parentem foecundam aemulationis, hoc est ruinae socialis. Lucae tamen, vt Ciuitatis LIBeratori publicè, priuatimque actas gratias fuisse in fine coniurationis asserit Volaterranus. Constat eundem obtinuisse praecipuos magistratus summis ciuibus demandari solitos, nàm praeter Copulatorum, quorum munus insigne erat eligere supremum Dominorum, illum verò vt vnam ex tribus conditionibus gratiae cùm Petro restaurandae adeptus, refertur inter Vigintiuiros regiae prorsus authoritatis in bello, qui Volaterranorum vrbem rebellem an. 1472. domuere mira faelicitate Federici Vbaldinij Feltrij Vrbinatũ Comitis, Florẽtini exercitus imperatoris egregij. Decessit Lucas aetatis an. circi-

Cyp. Manens.

Manutius in V. Col. M.D.

Simeonius in Tetrarchia.

Naldius in V. Man.

Lib. m. s. Bib. Gad.

Amm. in fam: Florent: & in 2: p: hist. non semel: Iannoctius in Rep: Flor.

Valor. in V: Laur: M:

Lud: Dominicus in Ragionamento dell'Imprese, alijque Scrip:

circiter 80. planè senior, gloriosus profectò, si conspirationis decessisset in exordio: Scilicet integra fama potior vita, & Mors aliquandò tuetur partam gloriam, quam longior vita labefactat.

Nota 1. Ter Vex. magna gessit. *Præter ea, quæ Lucas in primo & altero vexilliferatu egit, in tertio, quem obtinuit an.* 1458. *Optimatum, siuè paucorum potentiæ ergò ferens legem reuocauit ad veterem suffragiorum morem creationem magistratuum popularibus pertinacitèr defendentibus sortis beneficium, quos legi obsistentes domuit ducem Reip. cum copijs accersens, indictaque Concione (hæc Parlamentum dicebatur) accipere legem coegit, aduersarios mulctauit bonorum abrogatione, vel exilio, inter hos Hieronymum Machiauellium, quem Brutus l.* 2. *compellat* Turbulentum hominem, ac seditiosum, *traditque huius gentilem historicum* Memorem veterum iniuriarum indè captata occasione suo dolori, atque iracundiæ indulsisse: *nã superius scripserat.* Qui Pitij causam tuentur his tot criminationibus liberatum vna in re minus se præclarè prò hominum existimatione gessisse contendunt, cum illi neque prudentia, neque consilium in re suscipienda defuisset, visi eius in munere exequendo animi vim, & constantiam desiderare: cætera tanquam ea à Mac. excogitata emanuerint, ijdem facillimè refutant, quòd is Magistratum gerens Hieron. Machiauellum.

Auxit summi MAGISTRATUS *maiestatem clauis argenteis, vt Vex. Prætori semper, & vbique præcederet, Artium*

 Prio-

Priores, libertatis Priores, *siuè Domini compellarentur sanciuit, vt* Mac. *& alij tradunt, siuè (vt ego arbitrarer, & coijci posset è tabul. pub.) author fuit, vel suasor.*

Nota. 2. Princeps Reip. *Is enim fuit Lucas, vt Vex., qui politicus Princeps erat, testes aliqui script., maximèque Laon. Cal. l. 6. cuius hæc verba de Florentinis.* Ducem, seu Principem Reip. creant, quem Signiferum vocant. *Imò & Priores, siuè Domini erant re, & appellatione Principes, cum essent summæ potestatis, existimationis, maiestatis: his adde Decemuiros Baliæ; hic magistratus, qui prius ex octo constabat, deinde è viginti an.* 1472. *cui aliquandò quatuor ciues additi eadem auctoritate, quæ cæteri sunt nomine Decemuiratus retento; regia ferè potestate fruebatur in bello, & in ijs, quæ ad bellum spectarent. De hoc Magistratu disserui fusiùs, & accuratiùs in sermone politico, quem cum alijs non paucis scripsi in Sylua* Politica.

Not. 3. Munera. *De his Brut. l.* 2. Munera ei amplissima mittebant, quibus maximè rem familiarem dicitur auxisse. *Mac. verò tradit ad viginti millia nummorũ aureorum dono accepisse Lucam ea ob gesta, quæ in prima* Nota *narraui*

Nota 4. Verbis amplissimis collaudatus, & decretis honorificentissimis auctus. *Hæc verba Bruti vera esse declarat Decretum Reip. quo equestris dignitas Lucæ demandata est summis cumulata laudibus, cuius exemplum domi habemus pub. Tabellionis manu firmatum cum hac extima inscriptione.* Publicatione della deliberazioue, & solennità della Milizia dello

dello Excellente homo M. Luca di Bonacc. Pitti.
In Dei nomine amen an. Inc. D. N. I. C. 1463. Ind. 12. die vero 25. men. Dec. Certum est, quod de pres. men. Dec. per Consilia opportuna Ciuit. Flor. 23. die 17. d. mens. in Consilio del Cento prò finali conclusione cum dignum, plurimumq; conueniens fore cognosceretur, vt spectabilis, & generosus ciuis Lucas Bonacursi de Pittis ciuis nobilissimus Flor. qui de sua Rep. benè semper meritus fuit, & quem non solùm egregia suorum maiorum opera, vèrum etiam multiplices eius virtutes clarissimum fecerunt; aliquo singulari titulo, & honore illustraretur, ac quã magna ipse fuerit, & sit ergà patriam charitate, quamq; sincera ergà vniuersum populum Flor. deuotione, beneuolentia, & amore, euidentibus eiusdem populi Florent. signis demostraretur, prouisum fuit inter cætera, quod Domini Priores Libertatis, & Vex. Iust. Pop. Flor. & duæ partes eorum possent, & eis liceret constituerè aliquem ciuem Flor. *& postea*. Ipse Vex. surrexit rectus, & ad ipsum Lucam versus grauissimo, ornatissimoque sermone militarem dignitatem extollens, eaq; ipsum Lucam ob multiplicia eius ergà Remp. benemerita dignum iudicatum ab Excelso Pop. Flor. fuisse demõstrans. Et tandem ipsi Lucæ efficacissimis verbis suasit, vt huiusmodi militaris ordinis munus eidem in suarum testimonium virtutum àb Excel. Pop. Flor. oblatum, tantoque applausu eiusdem

Pop. expectatum gratanti animo suscipere velit ad omnip. Dei laudem & gloriam, & ipsius Lucę vniuersæque Familiæ de Pittis, ac totius Reip. Florent. splendorem, ac decorem. Acta fuerunt prędicta in Ciuit. Flor. in Eccl. S. Io. Bapt. præsentibus spectabilibus, & generosis viris Nicodemo Io. de Pontremulo Oratore tunc Illustris. D. Ducis Med. & D. Boniperto de Bonipertis de Nouaria Milite tunc potestate Ciuit. Flor. & D. Alexandro de Alexandris de Saxoferrato milite tunc Capitaneo Pop. Ciuit. Flor. & D. Franc. D. Matthæi de Castellanis ciue hon. Flor. ac Milite, & Excellentissimo Legum Doct. D. Benedicto de Accoltis de Aretio, ciue, ac Cancellario Florentino, & alijs testibus ad prædicta vocatis, habitis, & rogatis.

Et in Epistola Regi Ferdinando scripta an. 1461. *die* 31. *Dec., quæ vt superius Decretum, aliæque tabulæ pub. ad Lucam spectantes, extat in Canc.* R*eformationum, ornatur Lucas singulari titulo Clarissimi. Sic enim incipit*. Cum institor quidam pro clarissimo viro ciue nostro Luca Pitio *deinde*. Oramus omni animi affectu Mai. V. vt compellat homines suos, quę violentèr diripuerunt nostro ciui clarissimo restituere eorum exstimationem, ac sibi suadeat, nos perinde hanc rem extimare, ac si maximè ad Rem pub. nostram pertineret, Is enim est ciuis Lucas, ea sunt illius merita in patriam suam, vt non satis pro sua virtute laudari possit. Itaque siquid gratum

tum à celsitate vestra impetrare vnquam debemus, oramus, vt hoc quod est iustissimum, nec negari honeste potest, nobis impertiatur, qui eisdem animis clementiam vestram recipiemus, quibus si nostrum cuilibet Maiestas vestra maximum quiddam indulxisset. Venit quoque pro hac re ad Maiestatem vestram Gianus Berardus ciuis noster àb ipso Luca missus, qui vberiùs de his omnibus celsitudinem vestram certiorem faciet, cui omnem fauorem adhibere placeat. 31. Decemb. 1461.

Nota 5. Potentiam ciuili maiorem. *De hac testes Naldius bis verbis,* cum enim Petrus Medices Cosmi filius, Lucasque Pittius ex ordine equestri tunc rerum potiri dicerentur.

Brutus lib. 2. *qui hæc habet.* Erat adhuc Cosmo viuente Lucas Pittius, vir cùm maximè gratiosus apud omnes ordines, tum ea in Rep. authoritate, vt vnus omnium consensu in Ciuitate haberetur, quem Medicum potentiæ æmulum, si quando esset de Principatu dimicandum, aduersarij Cosmo minimè opponere dubitarent.

Et Nicolaus M. qui, vel iniquus, vel certè parùm æquus Lucæ scribit, Eam fuisse Lucæ authoritatem, vt iàm non Cosmus, sed ipse Vrbem administraret: *subditque hæc verba* Tutissimum apud ipsum Asylum patebat.

Lucæ potentiam & gratiam in Ciuitate & existimationem apud exteros clarè indicat Iac. Cardinalis Papiens. *lib.* 3.

lib. 3. Comm. varijs in locis, maximèq; de illo scribens sic. Agit & ipse cum Duce Mutinensium Borsio, quem pro sua factione stare certissimum erat, vti in omnem eius casum quam maiorem possit equitum, ac peditum numerum ad fines suos instructum contineat, qui si à Sfortianis vis aliqua inferatur: momento esse in auxilium possit. *&c.* In tantum magnitudinis creuerat. *& paulo post.* Petrus vehementèr rebus suis pertimuit: videns nondum satis præsidj sibi esse aduersus popularem multitudinem ciuitatis, quæ libertatis studio excita haud dubiè prò Luca erat futura. *&c.* *Si quis plura velit, legat huius Cardinalis narrationem Pittiæ factionis, de qua videtur scribere syncerè, odioq; & amore procùl: quem sequutus est Volaterranus.*

Nota 6. In fine Coniurationis: *Lucæ dissensionem cum Petro Coniurationem compello cum Volaterr., & alijs minùs propriè; destitutus nomine magis proprio, quo rem explicem, quæ nec bellum fuit, cum prælium nunquam eruperit, nec Coniuratio, Cum neq; in Remp., neque Principem publicæ potestatis instituta, sed alterum ferè annum durans prodierit vrbanis; agrestibusque armis, & externis exercitibus vtrinque paratis, bipartito Senatu, nobilitate, plebe.*

Scribit Parenzius à Luca accitum exercitum Estësis ex 800 Equitibus & sex peditũ millibus conflatum, præter pedites ex agro, à Petro autem euocata duo equitum millia Ducis Mediolani, supra peditatũ:

Itaque videtur potius appellanda ciuile fœdus, seu factio Medicea aduersa, quæ nominibus dignoscebantur: pars enim Medicea plani, Pittia Podij compellabantur ab ædibus: Pittiam, in qua, vt in Senatu de publica re consultarent, frequentare Coniurati tot, ac tanti, vt

Medi-

Mediceam pristina honestissimorum ciuiũ copia deseret: Neque hi soli conuentus; Medicei ad Crucettam noctu, aduersarij ad Pietatis conueniebant.

Nota 7. LVcæ, vt CIVitatis LIBeratori publicè, priuatimque &c. *Hæc sunt verba Volaterr.; hinc animaduertat prudens Lector meam seueritatem, ac libertatem in scribendo de ipsis gentilibus, poteram enim scribere Elogium sine vlla castigatione Lucæ sequendo testimonia Reip. & Volaterranum, Corium, S. Antoninum, Verinum, Minium, Vasarium, aliosque, qui nunquam damnant Lucam, at de illius amplitudine, ac virtute honorificum testimonium perhibent. Nec decet suspicari Volaterranum, vel assentatione, vel alia causa Lucæ studiosiorem fuisse, virum ætate posteriorem, non Florentinum, non Lucanæ factionis, scriptorem (vt aliqui tradunt, & coniici potest) grauem, liberumque, qui licet in errores historiæ non paucos inciderit, errauit meo iudicio, non malignitate, sed errore, cui ferè necessariò obnoxius fuit, vt multi, operis tàm varij; atque ingentis mole obrutus, ac difficultatibus plurimis è variorum scriptorum, quos sequutus est, diuersitate, ac dissidio nascentium. Age, videbitur fortassè alicui parùm æquus Lucæ, quem in Legatione honestissima ad Franciscum Sphortiam non recenset, vt Io. Simonetta in Sphortiade à Landino translata, Ammir. in 2. parte hist. Iul. Riccius, & alius author in priorista cum notis, quorum authoritas potior est in hoc innixa publicis monumentis: nihil vero scribit, qui ædes Strozzanas maximè celebrat, de ædibus à Luca excitatis, de*

tis, de quibus fusè alij, & honorificentissimè: Scilicet dignæ, ac deuotæ magnis principibus fuerũt, vel viuente Luca, qui anno 1471. hospites habuit duos fratres Galeatij Ducis Mediolani, qui cum vxore voti reus D. Annuntiatæ (vt vocant) ædem inuisit octingentorum equitum ornatissimo comitatu septus, & à Laur. M. domi exceptus magnificentia, & comitate summa, pariq; splendore, ac studio ciuitatis, quæ ludos, & spectacula in illius gratiam summa lætitia, & frequentia celebrauit. Fertur Galeatius cum Laur. collocutus iactasse.

Quando facilè inter omnes constaret, numero, & virtute militum Insubres, diuitijs præterea Florentinos cæteris Italiæ populis præstare, vbi tantæ opes fœdere, atq; amicitia iungerentur, non esse dubitandum, quin omnibus belli, & pacis leges suo arbitratu perscriberent, qua ex re fieret, vt breui partum inter se diuiderent Italiæ imperiũ.

Not. 7. Federici Vbaldini Feltrij. *Federicum fuisse ab origine Florentinum, & Vbaldinum apertè pronunciant Volat. in Geog., Landinus verò in Apol. subobscurè asserit, illum Bernardini Vbaldini à Carda Ducis præcellentis filium fuisse à S. Anton. hist. par. 3. appellatur Fredericus Vbaldinus Vrbini Comes, & Albertus in Des. Italiæ Federicum Bernardini Vbaldini filium disertè pronunciat.*

Illum Munsterus in Geographia; Priorista cum notis, Capriolus pluries compellant Vbaldinum. Adde stemma Franc. M. Roborei Feltrij Ducis Vrbini, quod extat in

tat in Theatro Genealogico &c. ingenio & labore M. Hieronymi Henninges, vbi legitur.

Fridericus tertius Vbaldinus, vel Monfeltrius Dux Vrbini,

huius filia adnectitur Ioanna Vbaldina. . . . . .

Ex *hac*, & Ioanne Roboreo Soræ, & Semigalliæ regulo oritur. Longè rectius Senogalliæ.

Franciscus Maria primus Roboreus Dux Vrbini.

In eodem volumine hæc sunt verba:

Ex Vbaldinis; & Eugubinis Principibus Duces Fridericus Vbaldus, vel Feltrius F. Antonij (*addendum esset adoptiuus, seù putatiuus*). Vbaldinus(ni fallor) scribendus est.

Dux Vrbini I.

Guido Vbaldus Dux II.

Ex Roboreis Franciscus Maria.

Sed clariùs æqualis Parentius ciuis haud contemnendus in lib. m. s. Bib. G. Federicum asserit Vbaldino genere ortum patre Bernardino à Carda, dum Italicos principes recenset.

. . . . . *Marca.*

Signore Giulio de Verano Signore di Camerino Signore Francesco da Mathelica Sig. di Mathelica Signore Federigo di Bernardino della Carda degli Vbaldini fassi de Conti da Montefeltro perche rimase Conte d'Vrbino come figlio non legitimo del Conte che morì senza figliuoli; fù di poi Duca dal Papa.

Præterea fuit Ciuis electione Federicus ob Volaterras recuperatas à grata Rep. honoris ergò Ciuitate donatus, vt alij Imperatores nostrorum exercituum, & principes in Gallia Cisalpina, in Etruria, in alijs Italiæ Regionibus.

Epigramma.

Regia Magnanimus fabricauit limina Lucas
Par magnis animi vertice principibus.
Ille ter, & princeps Patriæ tractauit habenas,
Strauit & aduersas imperiosus opes:
Ille reluctantis contempsit murmura plebis,
Quæ mox certatim muneribus cumulat;
Nuper & inuisum plaudenti flamine tollit,
Vt dein contemptum voce graui laceret.
Disce igitur plebis mores, auramque fugacem,
Quæ plebi innixa est, lubrica conditio est.

Nota 1. Regia Magnan. *Magnanimum appellat Lucam Verinus, de cuius animi magnitudine, ac regijs ædibus testimonium amplissimum perhibent scriptores aliquot.*

Elogium XXI. hic deest ob . . . .

Elogium XXII.

Legendi Ionius in Elogio Petri. Am mir. in fam. Sod. Volater. Ficinus in Epist. Priorista Bib. Gad.

Petrum Soderinum generis amplitudo, patris gloria (fuit hic Thomas Eques, quintúm Vexillifer, moderator Reip. sapientia & authoritate illustris) opes innocentér partæ, facundia, eruditio, integritas, prudentia, virtus maximis in patriam meritis

ritis stipata vsque adeò commendauit, vt in generali Concilio Reip. in quo numerabantur duo millia ciuium, liberis suffragijs electus, ac renunciatus fuerit primus Vexillifer Iustitiæ perpetuus Veneto Duci similis.

Nardius in Vita Iac. & hist. Guicciardinus. Iannoctius in Rep. Flor. Parentius in Chron. Bonac. in Diario. Pittius in hist. in Apol. in Vita Iac. script. Ioachi. Iustitiæ Vexillifer fuerat author vt Paulus Vitellus exercitus imperator suspectus caperetur, & capite dimineretur.

Id in hac electione memorabile videtur, quod absens Petrus suffragiorum numero anteierit Antoniũ Malegonellum I. C. & Ioachimum Vasconium, tunc Volaterrarum Capitaneum, nobilem vtrumque, & ob multas dotes haud indignum tàm excelso gradu. Ad hunc euectus Soderinus principem egit Reip. illustrem clementia, probitate, diligentia, moderatione. Ne primum facinus more Tyrannorum cœdes ciuis esset, haud passus est capitali supplicio de sententia ciuium ferè omnium affici, vel meritum Aloysium Mannellum publicæ tranquillitatis perturbatorem, qui longa, ac præmeditata oratione in illud regimen inuectus erat persuadere conatus Ducis Valentini aduentum, & frumenti caritatem ex ordine Vexilliferi procedere. Neque à se ipso diuersus Petrus, nám & in coniuratione instituta à Principalle de Stupha, quam potuisset, adhibuit minimè seueritatem.

Publicam pecuniam valdè respexit, cuius impensæ rationẽ reddidit exactam maximè, cuius tuendæ nouam formam instituit. De modo dotibus statuendo leges tulit. Neminem vnquam magistratibus misit in cuiuspiam vtilitatem, aut detrimentum.

Plebi gratissimus extitit, vt æquissimus Libertatis

Praterea fuit Ciuis electione Federicus ob Volaterras recuperatas à grata Rep. honoris ergò Ciuitate donatus, vt alij Imperatores nostrorum exercituum & principes in Gallia Cisalpina, in Etruria, in alijs Italia Regionibus.

. . . . . .

Epigramma.

Regia Magnanimus fabricauit limina Lucas
Par magnis animi vertice principibus.
Ille ter & princeps Patria tractauit habenas,
Strauit & aduersas imperiosus opes:
Ille reluctantis contempsit murmura plebis,
Qua mox certatim muneribus cumulat;
Nuper & inuisum plaudenti flamine tollit,
Vt dein contemptum voce graui laceret.
Disce igitur plebis mores, auramque fugacem,
Qua plebi innixa est, lubrica conditio est.

Nota 1. Regia Magnan. *Magnanimum appellat Lucam Verinus, de cuius animi magnitudine, ac regijs adibus testimonium amplissimum perhibent scriptores aliquot.*

Elogium XXI. hic deest ob. . . . .

Elogium XXII.

Legendi Ionius in Elogio Petri. Ammir. in fam. Sod. Volater. Ficinus in Epist. Priorista Bib. Gad.

PEtrum Soderinum generis amplitudo, patris gloria (fuit hic Thomas Eques, quintúm Vexillifer, moderator Reip. sapientia & authoritate illustris) opes innocentér partæ, facundia, eruditio, integritas, prudentia, virtus maximis in patriam meritis

ritis stipata vsque adeò commendauit, vt in generali Concilio Reip. in quo numerabantur duo millia ciuium, liberis suffragijs electus, ac renunciatus fuerit primus Vexillifer Iustitiæ perpetuus Veneto Duci similis.

Id in hac electione memorabile videtur, quod absens Petrus suffragiorum numero anteierit Antoniũ Malegonellum I. C. & Ioachimum Vasconium, tunc Volaterrarum Capitaneum, nobilem vtrumque, & ob multas dotes haud indignum tàm excelso gradu. Ad hunc euectus Soderinus principem egit Reip. illustrem clementia, probitate, diligentia, moderatione. Ne primum facinus more Tyrannorum cædes ciuis esset, haud passus est capitali supplicio de sententia ciuium ferè omnium affici, vel meritum Aloysium Mannellum publicæ tranquillitatis perturbatorem, qui longa, ac præmeditata oratione in illud regimen inuectus erat persuadere conatus Ducis Valentini aduentum, & frumenti caritatem ex ordine Vexilliferi procedere. Neque à se ipso diuersus Petrus, nám & in coniuratione instituta à Princiualle de Stupha, quam potuisset, adhibuit minimè seueritatem.

Nardius in Vita Iac. & hist. Guicciardinus. Iannoctius in Rep. Flor. Parentius in Chron. Bonac. in Diario. Pittius in hist. in Apol. in Vita Iac. [illegible] script. Ioachi. Iustitiæ Vexillifer fuerat author vt Paulus Vitellus exercitus imperator suspectus caperetur, & capite dimineretur.

Publicam pecuniam valdè respexit, cuius impensæ rationẽ reddidit exactam maximè, cuius tuendæ nouam formam instituit. De modo dotibus statuendo leges tulit. Neminem vnquam magistratibus misit in cuiuspiam vtilitatem, aut detrimentum.

Plebi gratissimus extitit, vt æquissimus Libertatis

defensor, licet omnis expers odij nequaquam se factiosum ostenderet publicę vtilitati addictus ità vt optimi Præsidis, & Patriæ Parentis laudem, quæ nemini post Cosmum contigisset, multorum iudicio promereri crederetur. Soderini diligentia, & auspicijs receptus Pisarum dominatus bello sanè memorando, quod annos ferè quindecim Florentini gesserunt dispendio, & constantia mirabili aduersùs primarios Europæ principes, qui coniunctis viribus Pisanorum rebellem virtutē, ac ferrò diù protexerant.

Adiecit nostro imperio Montis Politiani nobile tùnc oppidum, quod certa pactione Pandulphus Petruccius Reip. Senensis palliatus Tyrannus Florentinis in præmium admissæ societatis concessit.

Hinc magna Petro existimatio parta, & pristina Reip. maiestas restituta. Ludouicus Galliarum Rex à Florentinis flagitabat, vt medij ipsum reconciliarent Iulio II. Pontifici, hosti infensissimo.

Cætera desiderantur, sed omnia ferè colliget lector ex Elegia, & notis.

Nota 1. Vexillifer Iustitiæ perpetuus Veneto Duci similis. *Id non immeritò à me traditū colligeret quisquis legeret meam Relationem politicam de Rep. Veneta, & Sermonem, cuius hic titulus;*

Che la Rep. Fiorentina à tempo del Gonfalonier Soderino era la vera Rep. e come ottima.

Nota 2. Absens Petrus. *Huius absenntis publicum munus è Volaterr. & Parentio, & ex his scripturis dignoscas.*

Die 8. Aug. 1502.

MAgnifici Domini &c. vocatis collegijs & Consilio 80. virum seruatis legiptimè & ritè omnibus quæ & lege & consuetudine seruanda sunt elegerunt Commissarios Generales in castris contra Aretinos spectabiles viros, Petrum Domini Thommæ de Soderinis, & Lucam Antonij de Albizis cum auctoritate amplissima agendi omnia quæ oportet, & cum eo Salario quod lege Generalibus commissarijs est constitutum, & pro tempore duorum mensium reseruata potestate Magnificis Dominis prorogandi &c. vsque in sex Menses.

Ex lib. Electionum Legatorum & Commissat. & Instructionum D. Marcelli pr. Cancellarij existente in Bib. Gad.

Die 2. Sept. 1502.

MAgnifici Domini in Consilio 80. virum seruatis seruandis elegerunt & deputauerunt loco Lucæ suprascripti ægrotantis in Commissarium Arretij vna cum Petro Soderino spectabilem virum Ioan. Bapt. Aloysij de Ridolfis cum eodem salario cum quo deputantur Generales Commissarij quod tamen salarium solui sibi debeat ab hominibus & Communi Arretij, in cæteris eadem fuerunt quæ in superiori electione.

Die 15. Iu. 1502.

Ex eodem. libro.

MAgnifici Domini &c. extraordinarie & decreto suo tantùm elegerunt Commissarium & Oratorem ad Ill. D. de Ciamont Petrum Sodorinum cum Salario alias declarando, & cum ijs mandatis, quæ in frascritta sunt.

Piero tu andrai subito, e con quella prestezza che potrai ad Milano ò in quel luogo doue tu intendessi trouarsi Monig. di Ciamont generale Luogotenente del Rè in Italia, à lui noi ti mandiamo per farli intendere lo stato delle cose di Toscana & i pericoli in che noi siamo e li disordini che ritira drieto la rouina nostra e quali sieno loro modi per l'vna cosa, e per l'altra diche noi ti discorriamo altro particolare hauendone la notizia che tu hai, essendo vno de X. che lo stimiamo superfluo, e non dubitiamo punto che conoscendo come tu sai tutta questa cosa vserai ogni diligentia per persuadersi che nella confirmation nostra consiste l'honore el mantenimento del Rè ancora circa lo stato d'Italia e farai ogni sforzo di leuare, e inuiare à questa volta quello piu genti d'arme che tu potrai, perche in questo solo è riposta la salute nostra. Non ti diamo altra informatione de Capitoli che si hanno col Rè essendoti noti altanto, che ad ogni altri. E poi che tu fussi stato quiui e inteso ciò che fussi à proposito iudicando biso-

bisognar passare i monti e andare à trouare il Rè vorremmo quando ti fussi possibile che lo facessi rimettendo di questa parte non solo il giudicare il bisogno, ma ancora il farlo ad te stimando che date queste due conditioni tu non mancherai dell'vfitio tuo verso la Patria.

Die 30. Aug. 1501.

MAgnifici D. vocatis Collegijs & Consilio 80. virum referentibus Decemuiris Libertatis decreuerunt mictendum esse Commissarium generalem ad Burgum Sansepulcralem qui profectus illhuc omnia quæcunque e R. p. forè intellexisset libere ageret &... Vocatione Decemuirum vt lege cauetur Decem ciuium quorum nomina sunt hæc. Ex eodem.

Petrus Francisci de Pictis.
&c. Petrus D. Thommæ de Soterinis.

&c. Pluribus suffragijs electus est Petrus D. Thommæ de Soterinis.

Die 17. Ianuarij &c.

MAgnifici Domini &c. intelligentes... die 29 Decembris proximè preteriti factam esse in Consilio Octuaginta virum electionem Commissarij Ex eodem.

sarij ad Burgum S. Sepulcri & tunc electum fuisse Niccolaum Thommasij de Antinoris & postea fuisse remotum ab officio per Mag. Dominos &c. scientesq; dispositionem legis quæ de Commissarijs lata est die 23. Septembris 1501. per quam intèr cætera disponitur quod in omni casu vacationis possit accipi is qui de eo scrutinio plura suffragia habuerit iusserunt mihi Marcello primo Secretario Dominorum vt talem Commissarium publicarē, apertoque à me cucullo coram Collegijs inuentus est plura suffragia habere Petrus D. Thommæ de Soderinis sicque electus est; quæ electio illa ipsa hora fuit illi per me Cancellarium suprascriptum notificata.

Petrus de Soderinis.

Fuit hoc anno 1501. Vexillifer Iust. bimestris de more, quo Magistratu vix functus, vnà cum Alamanno Saluiato, & Iacobo Nerlio eligitur ad Ducem Valentinum Commissarius à X. viris; & à Dominis, & Collegis confirmatur die 9. Maij; die verò 19. eiusdem mensis eligitur cum Aloysio de Stupha Commissarius, & Orator ad eundem, qui Dux etiam Romandiolæ inscribebatur.

Ne longior sim, non persequar stylo Legationes Petri ad Reges Galliarum, aliosq; principes, quas Ammiratus in Fam. enarrat: attingam quasdam ab historicis intactas, & facilè ignoratas.

Fuerat Petrus Legatus an. 1496. men. Iunij ad Sabaudiæ Ducem cum mandato inuisendi Ducem Mediolani,

& huc

& huic communicandi causam Legationis ad illum, & cum epistolis Marchioni Montisferacis, & Domino Constantino ad quiddam agendum. Hæc omnia excerpsi ex Epist. X. virúm D. Francisco Gualterotto Oratori Mediolani; Oratoribus apud Christianiss. & quadam Iul. 13. die scripta ipsi Petro Oratori àd Illustriss. D. Sabaudiæ, quæ seruantur in B. O. Vol. Anni eiusd. 1496. die 9. Nou. vnà cum Bernardo Oricellario Orator ad Cæsarem electus erat, vt constat è commissione Dominorum, quā legi in volumine Litter. & Commissionum signato To. II.

Præterea Orator ann. 1500. die 12. Sept. ad Card. S. Petri in Vinc. tunc Bononiæ, electus à Dominis Extraordinarie, & Decreto suo tantùm, nequid detriment Resp. pateretur, cum post repetita sexiès suffragia in Senatu 80. virum nemò legiptimum suffragiorum numerum obtinuerit.

Habuit Petrus credititias ad D. Præfectum Cardinalis fratrem, de quo conducendo agendum, & ad D. Ioannem Bentiuolum. Alquale (hæc, sunt verba commissionis, in qua de Card. gratia, & auctoritate apud Regem Galliarum hæc leguntur, Confida tanto in lui ch'il forte delle facende di Italia si riposano sopra di lui) tu parlerai in conformità della Commissione data à M. Franc. Gaddi per le cose di Pistoia, delle quali essendo tu informato benissimo per esser stato in quell'Offizio & esserti trouato sempre in tutte le deliberazioni nostre.

Not. 3. Antonium Malegonnellum.

Huius sententia in grauissimis negocijs Reip. magni momenti habebat adstipulatores non rarò, & praestantes ciues: nec immeritò, publicis enim curis, & honoribus innutritus fuerat ann. 1491. è Viginti Copulatoribus (hi dicebantur Accoppiatori del Palagio.) 1494. ex Octo viris Practicæ. 1497. Mandatarius & Commissarius Xvirum ad quasdam dirimendas lites cum Duce Vrbini, deinde Orator apud Mediolani Ducem, & apud S. Pont. diuturnus.

Enumerabat Ant. inter maiores Gonnellam, qui gradus militiæ gessit in bello. Montisaperti.

Sex. Por.	*Gonnella f. Lotherij Malegon-*	*distringit.*
S. Pācratij	*nelle pp. S. Miniat. trà le tori*	*Consiliarij*

Nota. 4. Principem egit Reip.

Petrum Vexilliferatu perpetuò præfulgentem, vt Principem permulti honorabant, colebantq; & Principem compellebant aliqui vt testatur variæ Epist. procerum illi scriptæ, & à nobis seruatæ, è quibus hanc libet exscribere.

Illustriss. Princ. & Excellentiss. D. pater obser.

La mia natural delectatione de caualli mi ha facto desyderare vno bono corsero che ha Tarlatino, che milita a' Pisani: Et al fine lui è restato contento compiacermine: hora mandando io per esso: prego

prego la S.V. che si degni concedermi il saluocon ducto per il cauallo; e per chi lo va a tore, e condurmilo che in parte lo recognoscerò da quella; ala qual di core mi racomando Mant. 15. Nouembris. 1504.

Excellentie

Filius & Seruitor Fr. Marchio Mantuæ.

Inest schedula hæc

Post scripta Piaccia anchor a V. S. fare agiungere nel saluo conducto vn schiopetto fornito ch'el mi dona.

Idem qui in litteris.

Illustriss. Principi & Excellentiss. D. Patri obseruandiss. D. Petro Soderino Vexillifero perpetuo Excelsæ. Reip. florent.

Et Alexander Nasius in libro inscripto

Registro di Lettere d'Alexandro Nasi Cap. di Pisa 1511.

Alla Excellentia del Confalonieri a di 26. di Marzo.

Illustriſs. & Excellentiſs. D. mi obſer. &c.

Lor. di concio venendo coſti viſiterà V. E. e li parlerà come qui è vno homo mandato da Prelanni per fare certe tauole di legname per il ſeruitio delle Ghalee fabrica dinuouo, quale farebbe partito di queſte artiglierie ſono in la Cittadella vecchia di ferro che a queſti giorni hauemo ragionato qui ch'il Sãghallo & altri ſaria bene disfarle informarãnne particularmente V E. la quale deliberà chome e conſueta autile publico. &c.

Nec mirum, cum etiam Prioribus, & Vexil. anteà ijdem tituli ab exteris tribuerentur, Teſtimonio Epiſt. plures Lucenſis Reip. cum alijs exemplaribus Principum, & Rerumpub. adnexa in Volum. Archiu. Reformat. ſignato TO. XV. *ex ijs vnam, nec totam breuitatis gratia exſcribam cum extimo titulo.*

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dñis Dñis Priorib. Libertatis, & Vexil. Iuſt. Excelſi Populi Florent. Patribus & Benefactorib. nřis obſer.

Illuſtriſs. & Fxcellentiſs. Dñi Patres & Benefactores nři obſeruandiſs. Veduto quanto iuſtificatamente ne riſpoſero V. Ex. circa il grano preſo tra la piaggia di Mottone & Viareggio, ſpectante al nřo cõe benche noleggiato in nome del nřo Mag Gonfaloniero Benedecto Bonuiſi &c. Preghiamo adonche V. Ex. ſi voglino degnare reſe-

care

care ogni superflua cauillatione & dilatione come a quelle parra conuenirsi, alla prudentia, & iusticia delle quali in tutto ci rimettiamo come è precipuo officio & debito nostro. Bñ Valete. Ex Palatio nostro die viij. Dec. 1501.

Antiani & } Vexil. Iust. } populi & cõis Luceñ.

Not. 5. Bello memorando.

De hoc fusius Guicciard. Iouius, Nardius, alijq; scriptores.

Appendix ad Historiam Orientalem tradit Maximilianũ Cæsarem euocatum à S. Pont. à Sphortia, Venetisq; in Gallos, & Florentinos ad defensionem Pisanæ Vrbis, & hæc verba subdit.

Ad eam expeditionem Genuensium classe in Etruriã transuectus cum Liburni portus oppugnationem aduersa tempestate frustrà, cumque suorum clade tentasset fatis aduersis non reluctandum ratus copijs diuerso itinere in Longobardiam remissis ipse obsequutus redijt in Germaniam.

Elegia.

CElsior attollas dociles Elegeia crines;
Grandis, & intactus nempè terendus ager,
Ergo age candentes innecte auriga iugales,
Vel famę volucres ingrediare rotas:

Dedu-

Deducas Comitem Soderinum in sydera Petrum,
Egregium exoptant sydera nempè ducem.
Illius & laudes, niueo quas carmine signo
Appende aligeris officiosa rotis.
Vnde sed incipiam? veteris cunabula gentis
Num repetam? illustres enumeremne Patres.
Vide Notam 1. *Nicoleos celebrem præclari nominis vtrosque?*
Anne canam Thomæ stemmata rara patris?
Florigeræ toties summus Vexillifer Vrbis
Tractauit vigili publica frena manu.
Sæpius egregio Legati munere functus
Virtutis posuit signa loquenda suæ.
Ille vel exorto ciuilis turbine motus
Oblatum renuit nobilior regimen.
Constanti Medices amplexus amore, sequacis
Fortunæ vitans flamina læta nimis.
Pacis amans, celsæ tranquillo vertice mentis
Nobilis, egregij robore consilij.
Virtutis superans æquales nomine ciues,
Scilicet vndantis arbiter vrbis erat.
Is fuit Franc. Cardinalis, de quo in Nota 3. *Hoc genitus princeps sacro venerabilis ostro,*
Doctrina excellens, ingenioq; sagax,
Congestis opibus, diffuso nomine clarus,
Viuaque Purpurei gloria nempè chori.
Virtutum cui dia cohors præconia laudum
Altrix, eternum parturit vsque decus.
Hunc tamen ambitio, ac simulati pectoris vsus
Commaculant, sæcli scilicet hæc vitia:
Hæc speciem virtutis habent, tegmenque dolosum,

Inge-

Ingenui fædant nobile cordis ebur.
At bonus Orator Patriæ, dum viueret vndas
Ad Rhodani, ornatus Purpureo decore.
Candida tùm proli Soderinæ lustra nitebant, Nota 2.
Cui dederat patrius colla regenda leo.
Quid celebrem fratres parto sibi nomine claros? Nota 3.
Instar cunctorum Signifer vnus erit:
Ingenuis studijs, mentis candore coruscat,
Et sceleris puros protrahit vsque dies:
Mitis & ingenio, truculentæ nescius iræ,
Quem populi armabat gratia, & vrbis amor.
Largus opum plebi diffudit dona, perenne Nota 4.
Cum populi accepit Signifer imperium.
Optimus ille patris ritu moderatus habenas
Dilexit patriam, filius vt coluit.
Seruauit misero iactatam turbine belli
Per fluctus prudens nauita sanguineos.
Rursus & edomitis innectens vincula Pisis,
Antiquum patriæ reddidit imperium;
Ereptumq; decus, maiestatemque verendam,
Qua vicit claros inuidiosa Duces:
Etruscos intèr cum formidata Senatus
Victori pressit rura subacta pede:
Perdomuit Reges in bella elusa ruentes, Hæ laudes Reip. historicæ omnes, scilicet verissimæ, at nō omnes simul.
Cæsareasq; iugi nescia risit aues.
Tum Florentinum Occiduo radiabat in orbem
Nomen, & Eoos fama premebat agros:
Arbitra pacis erat tunc & Florentia belli,
Siquis in Hesperias turbo ruebat opes.

Nunc

Nota 5.

Nunc rurſus Petro rectore ſit arbitra; teſtis
Rex, famulo currit gurgite cui Rhodanus.
At quò ſors carmen rapis inuida? quò ruis agmen
Iuratum e ſolio præcipitare ducem?
Hæccine prò meritis reddetur gratia Petro?
Hæc eſt veſtra fides, turba rudis fidei.
Ille quid emeruit pœnas, ſeruantior æqui
Quo nullus patria rector in vrbe fuit?
Heu pœnam tantùm meruit, quod vindice ferro.
Cædere vos princeps lenior haud voluit.
Ah male ſit vobis, ſcelerum venerabilis vltor
Quid trifido vos non diſſipat igne Deus?
Ominor infælix Vates, ſed certior idem
Iàm tibi prædico, Bartholomæe, necem,
Stemmate Valorum indignus ſic acta parentum
Alma refers niueis concelebranda notis?
Siccine te docuit vindex clariſs. vrbis

De Frãc.lege. Notam 6.

Franciſcus, patriæ candidus ille Cato,
Libertatis amans genitor, cuſtoſq; recentis:

⁋ Barthol.ſenior. cuius Elog. pag. 63.

Sic atauus, cuius nomen inane refers?
Ille fuit noſtri decus, ac tutela Senatus:

† Hic eſt Nicolaus ciuis inſignis, vt videre eſt in V. Leonis X. in fam. Val. in Epiſt. Ficini quibus hic Philoſophus ſæpiſs. celebrat Nice. iuſque Fratrem Philippum, & fam. Val. vniuerſam.

Siccine te patruus † nobilis edocuit?
Ipſe quid obtendis Mediceæ gentis amorem?
Prò quouis patriæ frangere iura nefas.
Præmia quid iactas animo concepta, fauoremque,
Eſt breuis ille fauor, qui ſceleris precium eſt.
Iàm te præuideo, licet agmina duxeris altus
Rector, & illuſtres imperio populos
Frenaris Mediceæ præclaro munere gentis,

Et

Et Patriam clemens arbiter ipse tuam,
Damnatum à Medicis miserando funere mergi,
Cum rotat instabilem sors violenta rotam.
Hæc te pœna manet, vel auita luce superbum,
Antoni gestis inclyte muneribus.
Nec te, Paule, feras gradibus decorate supremis,
Scilicet emerito liber ab exitio:
Exitio maior pœna est infamia, semper
Te premat hæc; pœnæ, quam meruisse, satis:
Non secùs ac meruit qui regia stemmata, Rex est;
Sic Petrus princeps inclytus vsque fuit.
Quamuis non gereret populares dextera fasces,
Et patriæ nuper signa verenda suę:
Testis erit gemini regnatrix vnica mundi
Roma, triumphali Daphnide nexa comas.
Hæc Petrum coluit Florentis principis instar.
Vis nulla imperium deripuit merito
Nullaque virtutis rapiet vis inuida famam,
Quę Petrum aligeris tollat in astra rotis.

Lege Notam 6. in qua de Barthol. multa digna scitu.

Hic est Ant. Franc. Albitius vir magnæ & vtriusque famæ.

Paulus Victorius suprà prę fecturam militum Florentiæ gestã Cõmissarius in Insubria Flor. Dux triremiũ Clem. 7. ab hoc delectus ad legationes grauissimas iclaruit Petro patre Petroque... De his alijsque coniuratis lege Nardium, Pittiũ, Adrianum, Varchiũ Guicciardinum, Iouium Nerlium. Ammiratum & Epist. Principum excusas.

Nota 1. Illustres enumeremne Patres?

Inter hos Thomas Eques, Vex. an. 1385. & 1395. *Decemuir an.* 1388. *sepulcrali elogio (vt illa tempora ferebant) eleganti, nobiliq; ornatus.*

CLARISSIMO VIRO THOME DE SODERINIS
EQVITI FLORENTINO OPTIME DE REP. MERITO
SVPERSTITES LIBERI
SIBI PARENTIBVSQ. SVIS POSTERISQ. EORVM
FACIVNDVM CVRAVERVNT.

Zenobius Episcopus Contibolensis

Dominicus Quæstor (Thesaurarium vocant) in Prouincia Caroli 3. Regis.

Nicolaus, qui Albizzone patruo an. 1322. Gerio patre an. 1334. & Ioanne filio an. 1429. Vexillif. Ius. spectabilis, Vex. & ipse an. 1371. euasit ciuis magnus, qui auctoritate fortè imperiosa odiũ sibi conflauit, hinc Hypocritæ nota illi inusta, qui B. Catharinæ Senensi admodum familiaris, & beneficus amicus, à qua Epistolas, accepit cum coniuge Constantia, Christianæ pietatis argumentum. Nicolaus Petri patruus; bis Vexillifer, pluries Orator. eloquens, memoriæ tenacis, animosus, ingenio ferox, vehemens, apertus, popularis, cui iustitiæ opinio magnam gratiam & existimationem pepererat;

Amm. in fam. Brutus lib. 2. 3.4.& 5.

rat; studiosus libertatis, & propugnator inter Principes coniurationis in Petrum Med. Vexilliferatum anno 1465. beneficio sortis adeptus est tanta cum expectatione omnium, vt frequenti multitudine comitante, tanquam futuro pacis, & concordiæ communis authori corona oleagina sit imposita lætis omnibus, atq; adclamationibus eorum, qui honorem summum non illi magis, quàm Ciuitati vniuersę gratulabantur. Sed impar omninò tantæ opinioni de se conceptæ, alienis sententijs distractus, & Thomæ fratris aduersantis calliditate, & prudeutia elusus magistratũ gessit quibusdam frustrà tentatis: Correxit tamen quędam mala, ex his abrogauit legem, quę pręmia cuilibet, qui rebellem occideret, statuebat.

Iam priuatus consilia parum profuisse cognoscens armis in Petrũ vti decreuit, Germanos trecentos, qui aulęa in vrbe faciebant, è proximis textrinis educens, & cum Dietisaluio Neronio Equite insigni, coniurationis principe armato ad arma ciuitatem concitans. At his pepercit prohibente Luca Pittio, non autem verbis, quibus Lucę dedecus, exilium sibi pręnuntiauit; vates infelix, & felix: exul primũ, deindè rębellis declaratus, Eques à Cæsare creatur, & cum extorribus Flor. bellum aduersarijs rerum potitis, & abutentibus infert conducto imperatore exercitus Bartholomęo Coleone Bergomensi duce summæ virtutis, & famę, Venetis clàm opitulantibus Bartholomæo in speciem exauthorato, proprijsque auspicijs bellum exorso, quod Venetorum nomine mox continuauit.

Sed cuncta fuerunt irrita Mediceos euehente fortuna, quibus fortè maximum præsidium in Thomæ Soderini prudentia, ac moderatione singulari.

M. Parentius in lib. Monũ.

Hic Eques, Decemuir Baliæ, & Commissarius Reip. die 26. Maij an. 1467. cum pecunia proficiscitur in castra Flor. ad castrum S. Petri in agro Bononiense posita, vbi collega Bernardo Corbinello parumper commoratus successores habuit Legatos Angelum Stufam, & Aloysium Guicciardinum Equitem ciuilibus muneribus innutritos. Quartum verò Iusticiæ Vexilliferatum gerens Thadeum Foro Cornelij, & Astorgium Fauentiæ Dominos Manfredi generis conduxit, licèt hic venalis fidei stipendio à nobis accepto Venetorum vexilla sustulerit: Federicum Vrbinatum Regulum, imperatorem exercitus Florentini constituit, qui Coleonium insequutus fugientem vidit, præliumque detrectantem vnus scilicet hoc maior virtute, gloriaque, quem auctum Venetis copijs, quibus praerant Hercules Atestinus, & Alexander Sphortia generis amplitudine, famaque nominis illustres, tandem commissa pugna ad Ricciardinam diuturna, asperaque vicit, ambigua victoria, Nam in belli huius explicatione bellant diffidentes scriptores.

Ego vero legi multas Epist. Reip. de hoc bello ad principes, Legatos, aliosque.

Ex lib. Epist. Reip. flor. ab an. 1465. ad 68. in Bib. Gad.

Epist. Bononiensibus 8. Apr. an. 1467. scripta.

Mitti-

Mittimus Franciſcum Dinum Oratorem in Flaminiam vt cum illis agat Dominis vt recipiant de regijs copijs, &c. Veniet etiam ad vos &c.

Epiſt. die 16. commendant iiſdem Thaddæum Manfredum Dominum Imolenſem, de quo hæc verba honorifica:

Eſt inter primos amicos, & Commendatos noſtros & quia ob eius in Remp. noſtram fidem eſt de nobis, &c.

Die 12. Ma. Eiuſd. an Bon. Quamuis Angelus Stufa Legatus apud vos noſter de veſtris conſilijs ſtudijſque quotidie diligentiſſime ad nos ſcribat, &c.

Et Die 13. Maij eiuſdem anni Ferdinando Regi Neapolitano.

Propter eius ſapientiam, & virtutem ſemper fuit cariſſimus nobis inter primos Ciues noſtros Antonius Ridolphus Eques noſter, ſed cum modo redeat à te Legatus, tantum laudatus honeſtatuſq; à te litteris tuis amorem erga eum noſtrum mirificè cumulauimus ex quo multo nunc eius ad nos reditus gratior fuit. Is tuo nomine renunciat de te de animo de apparatibus, de ſtudijs tuis &c.

Summo populi conſenſu augemus quantum poſſumus vires Vrbinatis Ducis, qui in agro Fauentino Caſtra habet, maximè autem ſolliciti ſumus donec Alfonſus Daualus cum alteris Regijs turmis illi ſe coniunxerit, &c.

Summa

Summa autem est rerum omnium, vt intelligant hostes cum Rege te potentissimo, sapientissimo, felicissimo rem sibi futuram: itaque nos iam censemus pernecessarium, quod crebro litterisq; & nuncijs fuisti pollicitus & Antonius id Ridolphus loco tertio confirmat: vt iam sine mora aliqua ducem te, atque Imperatorem belli habeamus. venias ad Truentem amnem in Brutiorũ fines oportet atq; inde ad ea loca vnde facilè dare salutem, & victoriam queas existimamus, &c. liberandæ Italiæ, stabiliendę & confirmandæ pacis, tutandę Religionis cuius salus in Italiæ quietudine consistit nominis autem, & decoris tui immortalitati, & diuinitati consecrandi, &c.

Ex lib. Epist. Reip. f. ab an. 1465. ad 1471. Bib. Gad.

Epist. ad Coleonem an. 1468. *de Marco Bartholo Commissario Castrocari mentionem faciunt, qui Commissarius ad Doadolam recipiendam constitutus fuit, quem compellat Legatum nostrum, qui Castrocari est*

Die 13. *Iun. Epist.* Nicolao Iustiniano Prætori, Præfectoque Rauennæ amico nostro dilecto

Accepimus simul cum tuis litteris Veneti magistratus Illustrissimi, & Bartholomei Coleonis Capitanei, &c.

Sed munera, & Legationes Thomæ àb Ammirato explicatas omittam; omissas, quæ (vt reor) illum latuere, persequar.

Orator ille an. 1468. *ad Regem Neapolis proficiscitur, vt habetur in Epist. Reip. Duci Mediol. scripta die* 19. *Oct. & an.* 1470. *ad Regem Neapolis proficiscitur, vt*

constat è Mandatis, quæ extant in Minutario Epist. Reip. ab an. 1463. *ad* 70. *Bib. G.*

Legatur ann. 1476. *die* 26. *Decemb. Mediolanum, vbi mors Galeacij Ducis cognita Flor. teste Parentio initio Chron. & Ducissa vidua diligenter, ac prudenter gubernationem auspicata imperij arcana cōmunicare cum D. Cicco principe à secretis, & Thoma nostro Oratore, hinc indignationes aliorum Oratorum, præsertim Regis Neapolitani*

Moderator huius Ducatus, vt etiam Reip. Thomas fuit, & prudentissimus. Vide Valorium in V. Laur. Brutum, qui illum Elogio amplissimo celebrat lib. 5.

Et Bernardum Signium pr. lib. Hist. qui hęc tradit.

Giuliano e Lorenzo Medici ancora giouanetti s'andarono perseuerando l'antica reputazione assai ciuilmente difesi, e consigliati in gran parte da M. Tom. Soderini, che col nome di loro gouernaua in fatto la Città, e così andò la cosa durando insino alla congiura de Pazzi.

Decessit Thomas onustus annis, honoribus, ac spe filiorum insignium fortunatus.

Nota 2. Candida tum proli, *&c.*

Id è varijs script. monumentis patet, maximèque è Chron. Parentis, qui Volumine v. hęc habet.

Decembre 1502.

Instando continuamente il Pontefice di volere legha con noi per diffensione delli stati l'vno dell'altro final-

finalmente parẽdo che la douessi fare per nuoi vi si mando Imbasciadore ordinariamente creato M. Giouanvictorio Soderini fratello carnale del Vescouo di Volterra il quale era in Francia, & di Piero Soderini Mag. Gonf. di Fir. così tre fratelli carnali a vno tempo medesimo si trouorono ad hauere in mano tutto il Dominio Fiorentino felicità per certo grandissima di tale casa & da sperarsi ancora magiore non si facendo dubbio d'accrescere il Capello rosso al prenominato Vescouo Giunto M. Giouãniuictorio à Roma molto lietamente dal Pontefice fu accolto & richiesto dello strignere legha s'andò adagio aspetandosi.

Et alibi,

Gennaio 1502.

Finalmente si concluse vnitamente essere da pigliare tal lega, & darsi autorità all'oratore di stipularla. Onde fù fatto sindaco per il consiglio delli ottanta Signori Collegi Dieci, & Otto di Balia à potere quanto'l populo di Firenze. Fù però dett'oratore dacanto auuertito, che se nuoue conditioni, ò dubbiose ò pericolose se li mouessino, pigliassi tempo à risponderne &c. Così terminatosi di fare lega generale con il Pontefice, Valentino, & il Principe di Squillaci suo fratello carnale alquanto s'alleggerì il sospetto, & paura della forza.

Nota 3.

Nota 3. Quid celebrem fratres.

Eorum natu maximus Paulus Antonius supra Magistratus praecipuos Legationes amplissimas gessit, ad Venetos an. 1487. vt collegi ex epist. quam Octouiri Practicæ scripsere die 14. Maij eiusd. an. Francisco Gaddio Oratori Romæ:

Questo dì habiamo lettere da Pagolantonio Soderini Oratore nostro à Vinegia per le quali con grãdissimo piacere & satisfactione d'animo siamo aduisati dello honore grãdissimo che li è stato facto da quello Illustrissimo & Reuerendissimo Senato, & della gratissima audientia & humanissima Risposta che ha riceuuta.

Ad Regem Galliarum Carolum VIII. de qua Legatione huiusmodi verba Parentius in Chron.

Fù eletto nelli 80. con M. Guidantonio Vespucci Bernardo Rucellai, e Lorenzo di Pierfrancesco Popolani per rallegrarsi col Rè e richiederlo osseruasse i patti di restituirci Pisa con le nostre terre di Lunigiana, e caso che nò accennargli che'l nostro popolo era desideroso di racquistare il suo, e forse con altri Potentati s'accosterebbe, i quali forte prometteuano nel pristino essere con molte altre salutifere conditioni restituirci; Questi quattro per esser della medesima intelligenza giudicorno a partirsi tutti della Città indebolirebbono la lor parte il perche Pauol Antonio difettato la infirmità del corpo, appresso auerui il fratel carnale imbasciatore, mediante Collegi ottenne di

 poter

poter rifiutare; & in suo luogo di nuouo si creò Lorenzo Morelli il quale benche della medesima intelligentia fusse, pure di non tanta reputatione nella terra era, &c.

Alias Legationes primarias gessit memoratas ab Ammirato, alijsq; historicis. Fuerat generalis Commissarius suprema cum potestate, vt ex hoc Diplomate, seù patente (vt appellant) 16. Febr. an. 1494. constat.

Decemuiri libertatis, &c.

Insequenti anno extitit Commissarius Generalis in castris contra Pisanos, sic appellatur in lib. Epist. X. uirum. Vexil. Iustitiæ euasit an. 1497. Sapientis, probiq; ciuis, quo nemo alter clarior tunc florebat, nomen adeptus Reipub. constituendæ author fuerat, De quo Guicciardinus C. S. C. interprete hæc habet lib. 2.

De Reip. forma denuo agendum fuerat, de qua cum certo die principes magistratus, ciuesq; primarij deliberarent P. Antonius Soderinus ciuis & sapiens & grauis verba, &c.

Consentit Guicciard. Argentonius lib. 7. c. 8.

P. Antonio Soderini, ilqual era vn de' sauì huomini d'Italia

N. verò M. ex Italico Latinus factus Disp. *de Rep. lib. 1. cap. 54.*

Ventum est ad arma, & moniales victi, inter quos erat P. Antonius Soderinus vir ijs temporibus summæ authoritatis, ad eius ædes diripiendas cum miles contenderet, fortè domi habuit fratrem suum Franc. Volaterranum Episc. qui nunc est

S.R.E.

S. R. E. C. is audito tumultu, Episcopali habitu indutus, ipsamq; Pontificiam mitram in capite gestans armato militi obuiam iuit, & cùm vultus sui reuerentia, tùm grauitate, atque eloquentia eum continuit, ne domum fratris diriperet, non sine magna totius vrbis admiratione.

Nequid verò ciuilis honoris desideraret P. Antonius filios genuit egregios Iulianum Oratorem ad Regem Galliæ an. 1527. *& Episcopum Xantonensem.* Ex lib. Legat. in Arch. Reform.

Io. Baptistam Præfectum Generalem Reip. Neapoli extinctum, qui sex millia Thuscorum quà peditum, quà Equitum gubernarat à Lautbreccho Gallico imperatore laudatus. Nardius l. 8.

Thomam ciuem magnæ famæ, qui Legationes varias gessit, & octo filias cum primoribus connubio iunxit; electum Commissarium Generalem Romandiolæ an. 1510. *Ex libro electionum, & Instr. Oratorum & Commissariorum in Bib. Gad.*

Petri frater natu minimus Io. Victorius I. C. excellens summum Magistratum, & Legationes ad S. Pont. ad Cæsarem, ad Regem Catholicum gessit; existimatione apud ciues floruisse patuit in Concilio Magno an. 1528. *in quo numerati* 1996. *ciues, vt Vexillifer annalis eligeretur, inter quatuor primores, qui legitimum numerum suffragiorum obtinuere, fuit ipse, & Thomas è fratre P. Ant. Nepos.*

Not. 4. Plebi diffudit dona.

De his, deq; Petri electione idem Parentius.

Intesasi la creatione di P. Soderini in Francia fú

 maxi-

maximè approuata da Roano,& dal Re à cui Piero era noto, etiam à Vinegia fu comendata & per tutte le parti d'Italia talche reputatione cominciò ad arrechare alla nostra Città & venutosi quì vltimamente alla sua tracta conuitò prima sumptuosissimamente tutti e primati circa di 50. alla prima tauola la mattina, dipoi la sera si extese in più numero & huomini più mediocri apresso per tutto il giorno primo che stette à casa secondo la nostra vsanza si dette mangiare, & bere à qualunque della plebe ne volessi alsi si fece getto de confectioni & simili altre cose di puoi presentò e Capi delle pendici della terra sicome Città rossa monteloro la mela il prattò e simili, a quelli di Camaldocti perche erano anticamente in protectione della sua Casa dette desinare apparecchiato nelle strade à qualunque v'andassi etiam à luoghi pij mandò elemosine.

Fù lui presentato dalle principali nostre Città & castella sicome Arezzo Cortona & altre.

Not. 6. Franc. patriæ.

Pittius L. 1. hist.

Restò Francc. Val. per cotale azzione più che mai grande, & ad arbitrio suo quasi la Città gouernaua celebrato dal popolo come vn nuouo Catone contro di Catillina con odio grandissimo delli interessati co' morti e con inuidia non poca de' principali della sua medesima setta, tra' quali Pagolantonio Soderini per gratificarsi a' Palleschi.

De

De Franc. potentia M. l. pr. Disp. 7. ex Italico Latinus factus interprete I. N. S.

Erat enim is, veluti Princeps ciuitatis, itàq; in multorum odium inciderat, qui eum ambitiosum esse existimabant, quod magnanimitate, & audacia sua ciuilem viuendi rationem excedere velle videretur.

Franc. celebrant M. Ficinus in Epist. vbi Ma. Cosmo Med. similem, & Magno Bartholomæo Valorio testatur esse Franc. & prudentia, integritate, authoritate summa Volaterranus; Scriptores Vitæ Sauanarolæ.

Sansouinus, & suprà alios Razzius, qui vitam Francisci scripsit.

Celebrauit etiam Resp. diplomatibus honorificentissimis, quæ ignota facilè scriptoribus lege in Nota *4. in Elog. N. Capponij & in Not. 3. huius Elegię.*

Nota 7. Et patriam clemens Arbiter.

Barthol. Flor. Arbitrum, & clementem fuisse tradit Ammir. in Fam. additq; militum custodia & numeroso ciuium agmine septum instar Principis, vsumque authoritate, & gratia apud Pontif. in beneficium ciuium, quibus aut veniam, aut minorem pœnam impetrauit: inter hos præcipui Barthol. Caualcantius Orator, & Rhethor insignis.

Mic. Angelus Bonarota . . . . Sculptor, Pictor, Architectus, Syluester Aldobrandinus I. C. celebris, ac pater Clem. VIII. S. P. quem posteà Fauentiæ (hæc subiecta erat Rhauennæ) præfecit.

Eadem ferè scribit li. v. hist. B. Segnius qui addit Barthol. Præfecũ Generalem Põtificis in ædibus Mediceis manẽtem vti Principem administrasse remp. Tradit alibi eũdem more Principis viuere velle.

Bartholom. potentiam testatur in hist. Varch. his verbis.

In Em-

In Empoli rimase Commess. Francesco Valori, e Baccio dicendo d'hauer cōperato dalli Spagnuoli tutto quel sacco cinque mila scudi, mandò doppo l'assedio essendo si può dire Padrone di Firenze à pegnorare il Comune, e fare sostenere delli Empolesi per hauer certi resti.

Barthol. igitur, qui fuerat Vexil. Iust. Præfectus Generalis exercitus in Patriam, huius demùm longa obsidione victa Arbiter extitit, ac simul Præses Rhauennatis Exharcatus; Alexandri verò Med. Ducis Reip. Orator ad Paulum III. recèns Pontif. tandem collega Philippo Strozza caput Florentinor. extorrium in Cosmum M. armatorum captus, & capite diminutus fortunæ vtriusque vices insignes expertus est.

Elogium Oratorium Americi Vespuccij. XXIII.

Aedidit Americus Epitomen nauigationū suarū, quę in hyspanum & latinum sermonem versa fuit.

F. Phil. Ferrarius Generalis Seruit. & Mathematicus Papiæ in Additionibus diction. Calep. Catal. Script. Flor.

Riccius in Priorista

SAlue ò Americe Vespucci, salue ò Heros præclariss. cuius nomen triumphali famæ curru super astra prouectum de temporis iniquitate, de rabiæ mortis immortale triumphat, cuius gloria terminis ipsis, quibus nostri Orbis machina, minimè circumscribitur. Siquidem ingenij, animiq; magnitudine admirandus auspicijs Emanuelis Lusitaniæ Regis, virtute duce, ac benè fortunātibus astris spacia maris immensa emensus noua maria, nouas terras, nouū propè dixerim cælum inueniens quartæ orbis parti, siuè (vt veriori nomine compellatur) nouo orbi Americæ nomen indidisti, vel ipso Columbo fortunatior,

vel

vel ipsis Cæsaribus augustior. Et sanè glorientur Cæsares nonnulli, ac Reges vrbi, aut genti nomen imposuisse, quod regale ius est; tu autem glorieris; quòd orbem denominaueris insolito iure, neque enim hoc Regium dixerim, neque Cæsareum, quandoquidem vtroq; maius, atq; sublimius videtur. Glorietur igitur Flor. patria de quo Romæ populorum, ac gentiũ imperatrici non licet. Et mihi non licet digno te laudis præconio celebrare. Admirabilis nempè virtus tua integris historiæ, ac poëmatum monumentis æternitati consecranda breui Elogio, neq; includi, neque exprimi potest. Tibi ergo imagines, statuæ, obelisci, arcus (& si Religio sacrosancta id pateretur) aræ, ac Templa dicanda essent, vt Herculis, & Bacchi honorem assequereris, quorum virtutem, gloriamq; antegressus es. Vincẽtius Pittius in Def. funeris Philippi Hysp. Regis.

Hic excscribendum mihi videtur Epigramma quo honestatur in pr. lib. Pepli Italiæ.

Qui Volet antiquo, &c.

Elogium XXIV.

FRanciscus Ferruccius è genere vetusto, & ante annum 1300. Vexilliferatu Iustitiæ nobilitato, antequam miles imperator militum, ac Præfectus generalis euasit, cum Florentia Cæsarianis, ac Pontificijs copijs obsideretur, illustris authoritate summa, & Iouius, Varchius, Nardius in Vi. Iacom. & hist. Pittius, Franc. Beltraminus, Nerlius.

Guazzus, Sanfouinus, Serdonatus, & Minius. Bart. Dionysius lib. 2. partis 5. hist. orbis. Albertius, Franc. & Lud. Guicciardini, alijque scriptores.

ma, & inusitata, elati, gloriamque appetentis animi vigore: agilitate, ac robore corporis, ardore bellandi vulneribus, & febri indomito; liberalitate, militari peritia, fortitudine ingenti, ac pænè immoderata; rebus gestis, existimatione, gratia populari, pietate in patriam Remp. Hanc præcipitantē sustinuit, quoad vixit (Florentinus nūquid Hector?) cuius in vita Reip. vita sita erat, quo pereunte libertas ferè perijt. Dignus sanè Feruccius immortali prædicatione posteritatis, nisi tantæ virtutis iubar cōtaminasset imperiosæ seueritatis, quæ crudelis aliquādò, & sacrilega visa est, nota. Verumtamen hanc eleuauit amor Patriæ, prò cuius salute cuncta gerebat, & bellica Necessitas suprema, quæ nullis ferè legum, aut æquitatis vinculis cohiberi patitur.

Nota 1. Genere vetusto. *Vetustam, & Guelpham familiam appellat Ferrucciam. Vellutius vetus scriptor, nec desiderabantur imagines, scilicet Tuccij Vexilliferi Iust. an.* 1299. 1304. *&* 1317. *& quarto Prioratu functi: Leonardi Vexilliferi ann.* 1366. *è Prioribus* 1370. *Præterea recensebatur Francisci atauus Franciscus, proauus Leonardus cum Antonio, & Bartholomæo fratribus; & auus Antonius militari laude conspicuus; Præfectus an.* 1466. *Volaterranis, qui Prioratum pluriès gesserunt: Huius è Leonardo filio nepos Simon nobilis miles, & An. Iacominio Præfecto fortissimo percarus, natu maior, at minor virtute, famaque Francisco.*

Nota

Nota 2. Florentia obsideretur. *Florentiæ obsidionem diuturnitate, virtute vtrinque patefacta, casibus plurimis; varijs, diuersis maximè memorabilem fuisse, atq; gloriosam obsessis, qui fluxam fidem aliquorum fœderatorum, maximèque Regis Galli cætera generosi, & magnanimi, ducum, ac ciuium nonnullorum perpessi sunt, tradunt Varchius, Pittius, Beltraminus & Iouius ipse, vel iniquus & infensus Reip. addictus vnicè Clementi 7. & Carolo V. hostibus, qui veritate coactus hæc habet in fine libri* 27.

Sic, vt vera æstimatione ad non dubium omen diuturni belli, longissimæque obsidionis, vtrinque vires, victoriæque spes æquatæ censerentur. Quandoquidem Florentinos non pro libertate tantùm, sed pro gloria ciuitatis, Etruscique imperij dignitate, ab omnibus socijs desertos, oppugnatosque ab inuictis gentibus, summisque principibus, arma induisse minimè pæniteret; & vnicam veræ constantiæ laudem spectantes, quicquid vel iniqua belli sors afferret, tam æquis quàm indomitis animis laturi viderentur.

Et initio lib. 28.

Præpotentis, nobilissimæque ciuitatis constantiam, quum inauspicatę libertatis noua iura defederet, ingentique animorum pertinacia antiquissimam gentium gloriam ęmularetur, armis, fameque perdomitam narraturum tantisper respirare.

Idem in Epist. ad Hieronymum Anglerium, quæ incipit Non &c.

Harò condotto à fine la guerra di Firenze, la quale mi pare la più stupenda cosa che mai leggessi in niuno autore, sì per la costanza, e pertinacia di quelli che voleuan difender con protesto della libertà lo stato loro tal qual'era, sì per la perseueräza di quelli che gli oppugnauano, perche nõ si troua nell'Historie Greche, ò Romane più vigorosa, e più longa ossidione di questa, massime per la nouità de Casi interuenuti di fuori, e di drento, e spero che in ciò non harò solamente sodisfatto al S. Duca, il quale per sua benignità, e cãdido giuditio, nihil nisi æquum requirit, ma ne sarò anco lodato da Fiorentini medesimi perche parerà assai gloriosa impresa sì per il principio, come per il mezzo & il fine essendo stati abbãdonati da ogni vno. Di sorte che il Signor Cardinale Saluiati bisognerà che mi voglia bene, e non male à torto come disse à noi sopra la vita di Lione da me sopramodo lodato; e celebrato in ogni carta à dispetto di chi non vuole.

In lib. inst. lett. di 13. huom. Ill.

Et Martinus Bellaius in fine lib. 3. Commentariorum de R. Gallicis, qui ex Gallico Latini facti sunt ab Vgone Surso.

Obsidetur Florentia continenter vndecim mensium spatio quo tempore cum multà præclarè ac fortiter àb obsessis gesta sunt, tùm ipse Aurangius Cæsariani exercitus imperator in conflictu interficitur

tur dum eos, qui obsessis subsidio veniebant, delere conatur.

Et Andr. Maurocenus lib. 3. hist. Ven. propè finem.

Veneti, qui ingruentem in Florentinos fortunæ impetum persenserant, vehementerque illorum periculis commouebantur, quòd in dignitate, ac libertate Italiæ retinenda socij fuissent, vt integra libertate, siqua in re possent, Pontifici gratificarentur, adhortati fuerant.

Et paulo post.

Florentini, licet ad tantam belli molem sustinendũ, impares essent; attamen ingenti animo hostium impetum excipere, ac pro libertate vsque ad extremum spiritum pugnaturi videbantur, eo miseriori conditione, atq; infirmiori spe, quod nullos socios, qui secum belli fortunam subirent, habituri essent, &c. Verùm is erat ferè omnium ciuium ardor, ea constantia, ac firmitas, vt quicumq; sermones de pace haberent, ij hostes patriæ iudicarentur. Bellum itaq; intrepidè suscipiunt, Mal. Baleonium, militari scientia clarum, copiarum Ducem eligunt; acriter vtrinque pugnatum est; leuioribus prælijs, acie dimicatum; oppida capta, & direpta; Vrbs quassata, & obsessa, vtrinque clades illatæ, atque acceptæ; tandem cùm neq; fame peruicax constantia ciuium frangeretur, neque in mortem ruere vererentur &c. Ita perdomita Resp. præclara quondam, multisq;

tisq; rebus egregiè gestis insignis fuit:

Et Franciscus Beltraminus Episc. in Comment. Germaniæ lib. pr.

Et similmente i Fiorenti, i quali oltre ad vn anno cõ gran fortezza & costanza d'animo sostenuto haueano vn durissimo assedio d'vn potente esercito ostinato alla destruttione della libertà loro, i quali molte volte con grandissimo ardire in varie zuffe dimostrato haueano il lor valore nel diffender si & nell'assalire il nemico dopo hauer durato ogni esterminio mancando tutte le cose necessarie alla vita furono più tosto vinti dall'humana necessità, che dall'armi nimiche, non hauendo voluto mai il lor Generale che quell'animoso popolo, ilquale con l'essergli vna volta assegnato il nemico oltre modo desideraua ò di finire la vita, ò l'assedio con l'vscir fuora à qualche presentata occasione dimostrasse in che modo si cõbattesse da coloro, che la Patria, la facultà, e proprij figliuoli difendeuono, ma alfine arresisi sotto alcune giurate conuenzioni oltre ad ogni aspetatione ritornarono sotto el gouerno de Medici perilche molti Cittadini vedẽdo poste giù l'insegne della libertà loro non gettando à terra la grandezza della virtù dell'animo s'elessero volontario essilio, & altri contro al voler loro astretti v'andaro.

Me de Guicciardino.

Hinc patet, Guicciardinum (liceat mihi verè, libereq; loqui de tanto scriptore, qui Taciti discipulus, Magister recentiorum in aula politices multorum iudicio dominatur)

tur) fuisse iniquum Reip. & huius defensoribus; nec mirum, cum ipse odio prosequutus formam illam Reip. Aristocratiam nomine, re vera Oligarchiam voluisset; cuius vti rebellis bona in Fiscum redacta fuerunt teste Varchio lib. 8. qui pluries obstinationem appellat, quam alij scriptores, nec Etrusci, constantiam compellant: qui minùs quàm decuerat, scribit de virtute, auctoritate, ac factis Ferruccij . . . . reticetque nonnulla certamina & casus memoratu dignos, ita vt in notis historiæ margini appositis per Franciscum Sansouinum (et hic Guicciardini laudator liberalis extitit) reuisis & correctis pag. 1031. scriptum extet, Iouium certamina omnia Florentinorum describere cum pauca gratitudine à Guicciardino omissa.

non malignè, aut temerè, sed candidè, modestè, meritòque hæc tradere cognoscet quisquis legerit, quæ de illo scripsere Leonius Venetus edito peculiari libro. Et Sebast. Maccius Durantinus Phil. Theol. & I. V. C. Eques & Co. Pal. in lib. tertio de Hist. cap. 14. Ego tamen vtrumq; aliquandò iniquiorè Guicciardino arbitror.

Operæ precium erit adnectere iudicium, siuè censuram historiarũ Guicciardini, Iouij, Nardij ab Iul. Ricc. Patritio Flor. diligentiss. antiquitatum indagatore traditam in immenso volumine manuscripto, cui titulus Priorista.

Da quanto hò registrato di sopra del detto nel caso del Niccolini per la licenza data à Malatesta da Magistrati si può facendo paralello & comparatione dall'vno all'altro facilmente conoscere le qualità e passioni di tutti, e da quelle far cognietture di chi di loro più si sia accostato al vero. M. Francesco Guicciard. nato di famiglia nobilissima h'omo auuezzo à comandare ad altri, & adoperato in gran maneggi, & in molti gouerni da Papa Leone, e da Papa Clemente, non potendo

com-

comportare quel gouerno populare si vede che con molta vehementia per non vsare parola più graue si dimostra inimico di quelli magistrati, che allora gouernauano tassandoli di precipitosi & inconsiderati, e dicendo fino à che vennero in tanta insania che diedero licentia al Baglione del quale non puo però tacere che s'intendesse con Papa Clemente, Il Giouio da che cagione mosso io non la sò penetrare, ma bene è verissimo che egli scrisse le sue Historie poco meno che apprezzo & si come dice egli medesimo hauea diuerse penne da scriuere con le quali detrahendo, ò lodando amplificaua, ò annichilaua le virtù, o li vizi di coloro de quali doueua scriuere, & manifestamente si vede, che quando hebbe à scriuere de Fiorentini non si seruì della penna d'oro ne d'argento, ma ne anco di quella del rame anzi adoperò quella di ferro inasprendosi contro la Città tutta e contro alli suoi Cittadini senza alcuno rispetto con parole mordaci, e velenose adattãdo li successi delle cose alla sua pessima, e maluagissima intentione & attribuendo tutti gli errori alli Cittadini scusa, & difende Malatesta quãto più puo, & sà, nõdimeno astretto dalla verità dice che l'atto fatto da Malatesta contro al Niccolini & al Zati fu non meno superbo, che crudele, L'autore della Postilla, chi egli si sia, riprende à sproposito il Nardi, poiche esso Nardi come si vede dice che Malatesta chiese licentia & non dicendo se la chiese

in vo-

in voce, o in scritti, puo essere che la chiedesse in vno de duoi modi, ò forse nel vno & nel altro modo, non implicando questo fatto contraditione alcuna à quello che racconta il Nardi & non essendo anco inconueniente come è detto di sopra che il Nardi per arricchire la sua Istoria vi accómodasse quello esempio antico di M. Pandolfo Malatesti. M. Iacopo Nardi fù huomo buono & semplice, & scriue questo, e tutti gli altri successi della nostra Città si come seguirono appunto, & come gli vedde lui proprio, ò come da altri reputati da esso degni di fede gli furono racconti & essendo Fiorentino & scriuendo storie di Firenze hà Cittadini Fiorentini viene à molti particolari particolarissimi piu che non fa il Guicciardlno & il Giouio, e ben vero che essendo egli affettionato à quel gouerno & à quelli magistrati & ne quali egli interuenne non puo ne deue se non lodare la loro intenzione & in questa parte puo trapassare il segno qualche poco si come fece molto il Guicciardino per la parte contraria.

Nota 3. Authoritate summa. *De hac infra*.

Rebus gestis. Ferruc. Neapolitano bello apud Io. Baptistam Soderinum Reip. Legatum Nigris cohortibus stipendio numerando assuetus, solers minister propè Auersam captus, ac pecunia redemptus vtilem Reip. operam præstitit colligendis vndique veteranis sic vt eo bello legationis militaris honorem consequutus, diù æquè fortis, & Iou. l. 27.

acer

acer dux fecūdiſſimo ſtudio ciuium vteretur, quòd multo auſu, perpetuoq; labore clarū militiæ locū ſibi quæſiuiſſet...... Reuerſus Peruſio cum Malateſta Balleonio creatur Donato Iannoctio x. virûm à Secretis ciue literato, magnoque politico Præfectus Prato cum octingentis peditibus. Sed à Dominis habitus habilior ad exequendum, quàm imperandum ſocius datur Laurentio Soderino Prætori.

Præfectus Generalis Emporij, ac propinquæ regionis oppidum hoc ſtrenuè defendit, maximè ſua induſtria, vſuque militari muniens, hoſtes crebris eruptionibus vexans.

Recuperauit S.Miniatis nobile oppidum (nunc Vrbs eſt) validiſſimè defenſum ab Hyſpanis pariter, atque oppidanis primus ſcalas apponens, & conſcendens acerrimè dimicans cæſis plurimis aduerſariorum militis æquè, ac ducis munere functus cum ſuorum admiratione arcem obtinuit; milites direptioni inhiantes reſtituerent multas prędas, ſeruarentq; honorem fæmineum ſub pæna ſuſpendij imperauit. paruere imperio Ferruccij, qui præfectum reliquit Iulianum Freſcobaldum, & ducē arcis Gorum à Monte Benichio cum viginti ſuprà centum ſocijs. Hoc facinus valdè laudatum Ferr. non minorem inuidiam apud multos, quàm gloriam apud omnes auxit. Alia Ferruccij facta laudabilia, qui men. Dec. an. 1529. patenti campo fudit cum toto agmine vulgò Columello Pyrrum

Stipic-

Stipiccianum nobilissimum, ac fortissimum Italicæ disciplinę procerem septem vexillis ereptis, & aliquot Præfectis cohortiũ captis. Sed hęc victoria à Præfecto Ferr. parta, vt demonstrat publica Epist. Varchius, tribuitur àb Iouio Comiti Herculi Rangono, qui in Thuscia cum copijs quibusdam vices gerebat Herculis Ferrariæ Principis, quem Renatæ Ludouicis Regis filiæ coniugio iunctũ paulò ante Flor. numerato stipẽdio conductum militiæ Imperatorẽ declarauerant, belloque Alphonsus pater subtraxerat in gratiã Pontificis.

Volaterranæ Vrbis, ac Regionis Præfectus Generalis profectus Emporio cum duobus peditum millibus, ac 150. Equitibus magna celeritate per arcem ingressus, Vrbem natura, & arte munitissimã, ac obstinatè reluctantem expugnauit, mox in deditionem acceptam tutatus acerrimè ingenti cum gloria reiectis Marchione Vastio, Fabritio Maramaldo, & Didaco Sarmento Ducibus primarijs, qui prævalido agmine, ac tormentorum vi armati oppugnationem acerrimam non semèl instaurauerant.

Hic in Saluoconducto ampliss. quo Sinib. Gaddiũ ornauit die 4. Mar. 1530. sic inscribitur Alfonso Daualos de aquino marchese del Vasto. Conde de Montede Riso Grã Camarlengo del regno de Napoli, & Cap. Generale della Infanteria Ces. in Italia.

S. Geminiani & Collis (hæc modò Vrbs) oppida nobilia cæpit, commeatum, qui eo itinere Senis in castra aduehebatur, intercepit.

Sed Volaterrarum expugnatio, vel gloriosa maximè Ferr. minùs eidem grata accidit, quòd nimis Emporij munitione fretus, quò maioribus viribus Volaterras peteret, illud paruo præsidio (si credamus nonnullis) firmatum relinquens, licet ipse scripserit ad X. viros satis, superque munitum, visus sit spem, & occasionem præ-

Guicciard. l.

buisse Vastio illius expugnandi maxima cum iactura Reip. tamen culpa ferè omnes tribuenda est perfidiæ Præfecti oppido, & ductoris cuiusdam cohortis præsidiariæ, militibus, oppidanis, qui non, vti par erat, se defenderunt ab hostibus numero, ac virtute præcipuis.

Mox ad Patriam liberandam, vel certè leuandam ab atrocitate obsidionis eligitur Præfectus Generalis in imperio Florent. cum authoritate inusitata, planèq; regia; huic enim totius populi, ac Dominorum potestas demandata, scilicet authoritas omnium vni debebatur, in quo vno spes omnium sita erat. Apponam de Ferr. munere, ac potestate verba ipsa Varchij historici, qui candidus, ac liberi plerumque iudicatur.

Il Commessario, e Capitano Generale Franc. Ferrucci, &c.

Vinsero dunque di nuouo per Commiss. Generale il Ferruc. e quello che mai non fù fatto, con tanta autorità e potestà quanta hauea la Signoria stessa, e tutto'l popolo di Firenze, &c. Il Ferr. riceuuto il partito della Signoria, e conosciuto per la nuoua amplissima potestà, e autorità che gli concedeano la gran fede che haueano in lui, e in quanta strettezza, e pericolo si ritrouaua Firenze, deliberò ancora che tale partito gli paresse dubbioso e periglioso molto di volere vbbidire.

Ferruccius patriæ opem ferrè vel ipsa morte decernens Volaterrarum custodiæ septem peditum relictis vexillis; tredecim, sub quibus numerabantur 1500. adducit, & octo ciues Volaterranos obsides, paucosque equites suos,

præ-

præmissis alijs Pisas, ad quas peruenit itinere non interrupto à Maramaldo, vt hic iactarat se facturum fuisse ex imperio Aurantij principis.

Vrbem ingressus ob tot labores, & incommoda perlata premitur febre fatali Patriæ, cum cogeretur inuitus ibi morari 13. dies, qui statim proficisci decreuerat. Cum Io. Paolo Rentij Ceritis filio duce memorabili communicat cuncta belli gerendi consilia, apparatq; necessaria: mercatoribus viritim imperat pecunias, rigidèque extorquet vrgente necessitate suprema ad pacandos milites stipendia seditiosè flagitantes. Firmatis idoneo præsidio Pisis, suspectos Pisanos secum adducit; ducibus quibusq; distribuit multas tubas ligneas, quæ sulphuream flammam torquerent, mulis imponit duodecim minora tormenta, quæ subitaria in pugna peditibus aduersùs equites præsidio esse consueuerunt ligneis canterijs imposita: Cum apparatu pulueris tormentarij, & commeatus, biscotti præsertim panis cum tribus peditum millibus, & sexcentis ad summum Equitibus leuioris armaturæ noctis hora tertia egreditur Vrbe, militibus periculum impendere maximum affirmat, sed hoc facilè superato præmia ingentia manere victoribus.

Ad radices Montis Pistoriensis perueniens fallentibus viæ ducibus rectum iter non arripuit ad S. Marcelli pagum, quem vti Panciatichæ factioni addictum Cancellarij crudeliter incensum ferè prostrarunt. Hic milites lassitudine, ac ingenti pluuia repentina pressos breui quiete, ciboque refici iubet, vt mox rectà petat Gabinianum oppidum partis Cancellariæ. Interim præter

Maramaldum, & Alexandrum Vitellum, quos in agro Pisano æstiuantes, vt præciderent iter Ferruccio: vestigijs insisterent cum cohortibus, præceperat Aurantius, quos sequebantur Hispani.

Bracciolinus cum millibus suæ factionis, scilicet Panciaticbæ; Aurantius ipse Princeps de consilio Florentinorum per litteras interceptas factus certior præstantissimum inter Cæsareos nobilitate, virtute bellica, & existimatione ducem Ferdinandum Gonzagam in obsidione relinquit Vicarium sui; Comitem Lodronium consistere, obseruareque hostium motus, ac vigilare iubet; præmittit Pratum vniuersum equitatum cataphractorum, mox versùs Pistoriensem agrū florem totius exercitus mille pedites Germanos veteranos, totidemque eiusdem conditionis Hispanos, horum tamen plerosque nocte remisit in castra, vndè profectus vespere diei secundi Augusti cum Equitibus omnibus expeditis, & ijs militibus, qui à Varchio appellantur etruscè Stradiotti, cum nobilissimis, ac fortissimis Italicæ disciplinæ proceribus Ioanne Baptista Sabello, Martio Columna, Comite S. Secundi Petro Maria Roscio, & Scalengo cum cohortibus, quibus additus Comes Pompæius Farina cum 300. sclopettarijs: noctū iter faciens peruenit manè ad locum, cui Lagoni nomen est, vbi cum suis quiete, ciboq; se recreauit, dum in S. Marcelli reficiebatur Ferruccius. Hic, qui non tam citò & è longinquo, nec à tot, neque ab ipso Principe inuadendum se suspicabatur minimè sibi persuadens àb hoste castra panè vacua relinquenda campani æris Gabiniani sonitum percipiens hostes

ctes adesse iudicauit, neque ideò animum despondit, at spem vultu simulans prudentèr, copias omnes actutum pro temporis captu optimè ordinauit in duo agmina diuisas; posterius, in quo signa quindecim numerabantur, Ioannes Paulus, anterius, in quo cohortes quatuordecim, ipse ducebat; impedimenta in medio collocauit, equitatum etiam bipartitus est. Ergò ad præoccupãdum Gabinianum festinans, vectus equo, districtoque gladio suos hortabatur, vt fortitèr dimicarent, propellerentque vrgentes hostium equites. Non defuit suorũ virtus, nàm Carolus Ciuitellæ Comes, & Amicus Arsula veteres, clariq; nominis ductores equitũ singulari virtute pugnantes non sustinebant modo, sed redintegrato sæpiùs vtrinq; impetu per decliua ripas aduersos & terga vertentes hostes se recipere coge bant. Dum tumultuosissimè, magnoq; strepitu pugnaretur, quod e Ferrucciana aciæ certæ sclopettariorũ manus emittebantur, et Pompeani equitum præsidio missi equestri prælio se immiscuerant, multiq; iam ceciderant, Maramaldus per superiorum montium & syluestrium tramitum compendia progressus, àb àduersa porta, & partim à facilè disiecta maniũ maceria oppidum est ingressus Ferruccio iàm àb anteriore porta signa inferente. Atq; ità pèr oppidum atrox, & cruenta editur pugna: Nam Ferruccius ingenti animo in pedes desiliens abrepta pedestri lancea fortissimè rem gerebat. Nec suis deerat Maramaldus, quin magna vi facto cuneo, toto plateæ spacio potiretur.

Iouius l. 29.

Interim ex Ferrucciano agmine pars sequutã ducem, ingres-

ingressaq; oppidum operam nauabat, pars deflectens secundùm murum apud castanetum nacta locum idoneum, quo se aduersùs insultantes equites tueretur, displosis sclopettis aduersa glandium procella hostes obruebat. Intereà Aurantius, quem à Nic. Masio Peloponnessiaco egregiè forti duce Epirotici generis equitum verberatum clàua ferrea ferunt, pugnæ cupidior, & audacior interficitur, & equo decidens non statìm agnoscitur veste, armisq; carptim exutus. Eodem ferè tempore Alexander Vitellus dux clarissimus, qui breuiore, vel aspero itinere properans àb oppido non procùl consederat ducum; in Florentinorum aciem secundam, quam Io. Paulus ductabat, èx obliquo peropportunè inuectus, ad primam ferè impressionem ità perturbauit, atq; disiecit, vt omnibus vexillis in vnũ de more conglobatis potiretur, vel acerrimè resistente I. Paulo, qui dimisso equo constantissimè pugnans aciem componens, & certamen instaurans ad oppidum perrumpebat, vt Feruccio opem ferret. Cæterùm vbi Aurantium cecidisse, & cataphractorum agmen (fædum visu, atque incredibile dictu) se totum retrò in fugam præceps dedisse vulgatum est, Ferrucciani sublato victoriæ clamore se conglobare, atque perterritis insistere cæperunt; ac nisi Germani, qui se nihil adhùc commouerant, sed phalangem suam instar arcis àd sociorum receptum non procul àb oppido in ordine continebant; in viam progressi tumultuarios hostium procursus repressissent, procul dubio nemò equitum fugere destitisset, cum eorum plerique, & antè alios Rossales exemplum Ant. Hiscerç, qui cataphractis prę

Aurantius inscribebatur Philibertus de Chalon. Orange Princeps Cęsareę M. in Italia Capitaneus Generalis Regnique Neapolitani Vicerex & locumtenens generalis, Id patet ex honestissimo amplissimoq; saluoconducto, quo ornauerat die 20. Aug. 1529 Sinibaldum Gaddium.

erat,

erat, sequutus intenta fuga vsque ad Pistorij portas profugissent ea perturbatione, vt in castris ad Gonzagam, in Vrbe ad Vexilliferum interfecti Aurantij, fusique exercitus fama deferretur. Eodem puncto temporis Vitellius Pauli cohortes oppidum intrantes vrgendo, cadendoque aliquandiu persequutus, opportunè deflectens ad portam, qua Maramaldus intrarat, vt ei maturam opem ferret, signa intulit, & vsque adeò sæuum certamen renouatum est, vt in Platæam coaceruatis cadaueribus impeditam penetrari vix posset. Sed Ferruccius, & Paulus èx longa pugna, maximoq; feruore fatigati in quandam editiorem domum se recipiens rem sclopettis gerere perseuerarunt, donec àb equitatu leuis armaturæ, qui Rossalem fugiẽtem præ pudore sequi noluerat, confertis turmis conglobato; hostium equitẽs ad vnum omnes profligati, deletiq; sunt, quum paulò antea cohortes, vel quæ oppidum ingredi nequierant, vel quæ Ferruccij iussu extrà remanserant, Aurantiumq; interfecerant clauis vtendo ferreis, quibus galeæ vix resistebant, prostratæ fuissent; neque magnoperè victis profuerunt præparatæ ad id tubæ sulphureum vomentes ignem inutiles imbre Florentinis iniquo, nec direptis & perturbatis impedimentis moschetti expediri, aut canterijs, vti sperassent, imponi minimè potuerint. Ferruccius & Paulus homines . . . . . . in Remp. conspirasse cognoscentes militibus, aut cæsis, aut captis Maramaldo vincenti se dediderunt: Ad hunc Ferruccius armatus perducitur.

Nota

Nota 4. Gratia populari. *Hac populus Ferruccium, & viuentem, & sublatum ex oculis prosequutus est, vel frustrà òb aduersariorum victoriam, per quam non licuit decretos honores exhibere Ferruccio, vt tradit Riccius in Priorista.*

Non possettono gli suoi Cittadini dimostrarsi grati alla sua memoria & alle sue ossa perche poco dipoi la Città concordò con il Pontefice & quelli honori che publicamente gli furono decretati non appariron one si eseguirono.

Epigramma.

DEfensæ, ac domitæ Volaterræ, casus Oranges
Te clarant, ardor bellicus, vrbis amor.
Niteris antiquam defendere libertatem
Vrbis & hostiles præcipitare manus.
At vetat id Numen; pone ensem; vincere nullus
Est potis auerso Numine, cede Deo.

Scaliger inter Orbis Heroas veteres, ac recentiores Ferruccium celebrat sic.

Franciscus Ferrutius.

PArua manus, sed Dux ingens, nec robora castris
Vlla queunt modicis æquiparare meis.
Disieci obsidium; dein supplementa reduxi
Per medios, qui non cedit, at ille cadit.
Præsidium paucis deieci èx arcibus ingens,
Deiectus vix hoc credidit ipse sibi.
Desinet esse Deus bellorum turbine Mauors,
Ni daret hæc illi victima tanta locum.

Ode Histor. de Petro, ac Leone Strozza extat in Cor. Poet.

Gad.

Gaddiorum toga insignium Elogia & Carmina historica notis illustrata.

Elogium. XXV.



FRanciscus cui auus Zenobius Reipub. Procurator Venetijs anno 1381. prudentissimus à Duce Cōtareno cōpellatus & commendatus Epist. Flor. scripta, pater Angelus supremo Priorum magistratu tertiùm functus, & Nicolai Cardinalis auus, partis honoribus, ac virtute clarauit genus. Siquidem Nuncius, Commissarius, & Collector Apostolicus in imperio Ducis Mediolanensis; Comes Palatinus, Regis Galliarum Consiliarius, & Magister 1. libellorum: 2. Præfectus, & à Secretis Reip. Mediceis & vegintibus, & eiectis extitit. Iurisconsultus nobilis à varia doctrina, à publicis muneribus, præcipuè à Prioratu libertatis, & à Legationibus apud Regem Galliarum, Alphonsum Calabriæ Ducem, primogenitum, ac Vicarium Generalem Ferdinandi Regis, apud quem veluti orator egit; ad S. Pont. apud Mediolani Ducem non semel; ad Resp. Venetam, Senensem, Bononiensem, & huius Principem Ioannem II. Bentiuolum, ad Buccolinum Auximi arbitrum, ad Virginium Vrsinum, aliosque Dynastas. Non desiderauit Franciscus gratiam, & opinio-

Francisci Elogium edidit Fr. Pona.

Amm. in hist. M. S. pluriès.

1. Hi vulgò Richieste. 2. Vide Notā 4. in Elo. Nerij Capponi. Libri Reform vnus inscrip. Inst. del 1480 al 1495 Alter. insc. Lett. dal 1475. 1490. 3 insc. L. 1478. 83. Is ingens continet minutarium literar. aliarūq; scriptionum. 4. insc. I. 1500 Iuli. Riccius in Priorista. Lib. exemplarium literarū X. virum. Orl. Malau. hist. par. 3. Minius ca. de Flor.

nionem integritatis, ac prudentiæ non vulgaris apud amplissimos principes, vel capitali odio, belloque dissidentes, quorum negocia grauissima peregit honoribus auctus minimè contemnendis. Nec minor huic gratia, & existimatio apud Florentinum Platonem M. Ficinum, Hermolaum Barbarum, Christ. Landinum, Politianum, Bartholomæum Scalam Equitem, Vgolinum Verinum, aliosque literarum fama claros. Horum testes Epistolæ, quæ seruantur vnà cum Pontificum, Regum, Cardinalium, Principum epistolis, & perhonorificis tabulis publicis ad Franciscum spectantibus, è quibus apertè constat, qui vir fuerit, & qua prudentia. Hanc literatura multiplex peperit, auxit cognitio magna principum, ac populorum, firmauit vsus rerum grauissimarum quas diù, ac ferè continenter tractauit ille, nec illaudatus.

prudẽtia insignibus Politianus l. pr. Epist. Epist. ad Hermolaũ & huius responsio. Hos quinque celebrat. in *Peplo* Italiæ I. M. Tosc. Fic. li. 8. Epist. in ea cujus titulus, *Pauci* negocia pub. coniũgunt cũ studio literarum. M. Fic. Fr. Gaddo Fl. Senatus Oratori. Idem l. 11. in Epist. ad *Martinũ* Vraniũ, In qua recẽset Fran. inter Auditores suos.

Nota 1. Prudentissimus à Duce Contareno, &c.

Andreas Contarenus Dei gratia Dux Venetiarum, &c.

MAgnificis, & Potentibus Dñis.... Prioribus Artium Vexillifero Iustitię Populi, & Communis Floren. amicis dilectis salutem, & sincerum dilectionis affectum, quod plenissima relatione nobilis, & sapientis viri Andreæ Gradonico Ambasciatoris nostri à vestra magnitudine redeuntis quinimo vberius per effectum clarissime nobis innotuit perfectissima amicitia, sincerissima caritas, & cordialis affectus, quibus magnificentia vestra

vestra ex propria virtute afficitur ad nos nostrumque Cōe qn̄ in tanta alacritate animi, in tanta egre giorū consiliorū vestrorū solemnitate & singulari beneuolentiæ suscepistis eundem, quando in tam excessiua liberalitate vota vestra nulla mora protracta totaliter admisistis effectum eorum duobus prudentiss. & honorabilibus ciuibus vestris Zenobio Taddeij Gaddij, & Iuliano Bartholomeij cū efficacissima diligentia cōmittenda. Pro quibus omnibus pt̄ gratiarum affectum nos Communitatemq; vestram indissolubili vinculo perpetuo obligastis. Vt nunquam à nostris, & successorum nostrorum mentibus excidunt, sed memorabiliter renitescunt ad tam floridæ, tamq; magnifice Ciuitatis vestræ laudem. Cuius honores beneplacita, & exultionem intendimus, semper propria reputare, & ea mente, & opere efficaciter peroptare. Præfati autem Sindaci vestri, intententiones vestras, & nostras cum solerti prudentia, ac studiosa diligentia sunt valde laudabiliter exsecuti. Itaq; apud magnificentiam vestram, & nos sunt dignissime commemorandi. Datum in nostro Ducali Palatio die x. Septembris quinta indictione.

Epist. hanc mihi communicauit Scipio Ammiratus iunior, Nuncius Comm. &c.

His titulis insignitū fuisse Franciscum patet è litteris Principum permultis & diplomatibus Pontificis, è quibus hæc libet exscribere.

VNiuersis & singulis præsentes litteras inspectu ris salutem, & Apostol. benedict. Mittimus dilectum filium Franciscum de Gaddis Clericum Florentinum pręsentium latorem pro nonnullis nostris, & Apostolicæ Sedis negocijs ad diuersas partes: cui cupientes expeditum, & liberum iter vbique patere deuotionem vestram hortamur in Domino, subditis verò nostris expresſè præcipiendo mandamus, quatenus eundem Franciscum cum comitiua vsque ad numernm sex tàm equestrium quàm pedestrium nec non salmis valisijs bulgijs, & alijs rebus eorum dummodo mercimonij causa non deferantur per omnia loca, passus, portus & pontes tàm vestros quàm nostros absque aliqua solutione gabelle, fundinanis, pedagiani, Theolonij, aut cuiusuis alterius indicti, vel indicendi oneris ire redire morari & praticare liberè & licitè permittatis & benignè pertractetis deque secura scorta & libero saluoconducto si necessarium fuerit, & requirendum duxerit, prouideatis ita vos circa hoc gerendo, vt de promptitudine vestra iuxtà ipsius Francisci relationem apud nos commendari nō immeritò possitis. Pręsentibus ad vnum annum duraturis. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris Die 28. Maij 1483. Pontif. nostri an. duodecim.

SIxtus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Francisco de Gaddis Clerico Florentino

ad

ad Dominium Dilecti filij nobilis viri Ioannis Galeacij Ducis Mediolani Nuntio nostro salutem, & Apostolicam benedtctionem. Et si ad amplianda Ecclesiarum omnium commoda nostræ cõsiderationis intuitum semper extendamus, & pro vniuersorum Christi fidelium præsertim, quos Clericalis status includit profectibus nostra semper aspirauerit, & aspiret intentio tamen contra mentem nostram vrgente grandium expensarum quas pro defensione Ciuitatis nostræ Ferrariæ nos & Dux prefatus & vt in Italia pax à nobis totis præcordijs optata eueniat quotidie subire habeamus in presentiarum à Chlero dominij Mediolan. Subsidium aliquod exquirere compellimur, speramus tamen quod sicut eis in omnem euentum tota cordis affectione consulimus ac opportunis auxilijs, & fauoribus prouidemus ità ipsi pro huiusmodi nostris & dicti Ducis necessitatibus subleuandis non modo libenter sed etiam prono & ardenti animo eorum impendent subsidia suasq; extendent dexteras liberales, habita igitur super hijs cum Venerab. fratribus nostris S. R. E. Cardin. deliberatione matura vnam integram Decimam iuxta verum illius valorem super fructibus redditibus & prouentibus omnium Cathedralium & aliarum Ecclesiarum, Canonicatuum, & prebendarum ac Monasteriorum Prioratuum prepositurarum dignitatumque & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura & sine cura secula-

cula-

cularium & S. Benedicti S. Augustini, Cistercienſium, Cluniacenſes, Cartuſienſes, Camaldulenſes. Humiliatorum Premonſtratenſes, Vallisumbroſe, Cruciferorum & aliorum quorumuis ordinum tam virorum quam mulierum etiam mendicantium ex priuilegio tamen, vel alios certos redditus habentium regularium etiam Militiarum, & quorum redditus ad hoſpitalitatem deputati forent in Ciuitatibus Terris, & locis Dominij predicti vbilibet conſiſtentium ab omnibus, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Electis, Abbatibus Prioribus, Prepoſitis adminiſtratoribus commendatarijs Capitulis conuentibus Prioribus Guardianis ceteriſque prelatis & perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus & regularibus ordinum & militiarum quorumcunq; exemptis & non exemptis preterquam à dilectis filijs Magiſtro Hoſpitalis S. Ioan. Ieroſolimita Prioribus Bauilinis & preceptoribus prioratuum, Bauilinarum & preceptoriarum Hoſpitalis prefati huiuſmodi fructus in Dominio predicto percipientibus & qui infra annum proxime futurum illos perciperent cuiuſcumque preeminentie dignitatis ſtatus gradus ordinis vel cōditionis exiſtant exigendam & ſoluendam proportionaliter ab eiſdem ſecundum fructuum reddituum & prouentuum eorundem valorem infra terminum per te, vel Deputandum à te in publicatione preſentium eis prefigendum apoſtolica authoritate preſentium tenore imponimus & illos qui decimam

huiuſ-

huiusmodi integre vt prefertur in statuendo termino non persoluerint aut circa illius solutionem scienter fraudem commiserint excommunicationis sententia & priuationis Ecclesiarum Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura & sine cura huiusmodi in quorum decime solutione cessauerint vel fraudem commiserint, ita vt illa ex tunc omnimode vacare censeantur,& vt vacantia impetrari & conferri possint, penam incurrere prefata authoritate volumus, ac de fideli sollicita & diligenti prudentia, prouidentia quoque, & probitate circumspecta alijsque virtutibus, quibus decorari dinosceris sumentes in Domino fiduciam specialem pariter & sperantes quod ea quæ tibi committenda duxerimus, solerti & salubri studio fideliter exequeris, Te ad Dominium prefatum, nostrum, & Apostolicæ Sedis Nuncium pro huiusmodi decimę exactione destinamus, tibi per te vel alium, seu alios, quem, seu quos ad id duxeris deputandos authoritate nostra Episcopos & illis absentibus eorum in spiritualibus Vicarios Generales, & eorum locatenentes,nec non Cleros Ciuitatum Terrarum, & locorum Dominij predicti conuocandi, & eis litteras nostras presentes publicandi & insinuandi ac eos super dicte decime solutione requirendi& monendi, terminumque ad decimam huiusmodi persoluendam prefigendi & decimam ipsam ab eisdem Episcopis & personis Cleri Eorundem ad

illius

illius solutionem obligatis eorumque procuratoribus & negociorum gestoribus petendi recipiendi & exigendi, ac soluentes de receptis quietandi, liberandi & absoluendi statutum ad huiusmodi solutionem terminum, dum tibi videbitur, prorogandi: non soluentes ac alios dictis litteris nostris contrauenientes per aliquẽ, seù aliquos quem, vel quos ad hoc elegeris seù deputaueris & cui seu quibus ex tenore presentium facultatem & liberam potestatem concedimus Ecclesiasticas censuras & beneficiorum priuationem incurrisse declarandi, illasq; iteratis vicibus aggrauandi & generaliter contradictores quoslibet & rebelles per censuras Ecclesiasticas & alia iuris remedia compescendi brachium seculare pro executione omnium tibi commissorum cum expedire putaueris inuocandi & eos qui premissorum occasione aliquas censuras & penas incurrissent debita satisfactione precedente & iniunctis eis pro modo culpæ penitentia salutari, & alijs quę de iure fuerint iniungenda à censuris & penis huiusmodi per eum siue eos quem, aut quos vt supra deputaueris absoluendi ac in pristinum & eum statũ in quo erant antequam censuras & penas ipsas incurrerent nec non ad beneficia Ecclesiastica quibus propterea priuati forent sine preiudicio iuris cuiquam quesiti restituendi & plenarie reintegrandi general. omnia & singula quæ in premissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna facien-

ciendi mandandi & exequendi plenam & liberam eadem authoritate facultatem concedentes, & potestatem non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis ac Ecclesiarum Monasteriorum Prioratuum Militiarum & ordinum prædictorum iuramento confirmatione, Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus concessisque eiusdem Ecclesijs Monasterijs locis ordinibus personis per Sedem Apostolicam vel alijs priuilegijs & litteris sub qua cunque forma vel expressione verborum; quibus illa etiã si de eis eorumque toto tenore seu queuis alia expressio habenda foret, & in eis contineretur expresse quod illis nunquam censeretur derogatum nec derogari posset nisi sub certis inibi expressis modo & forma, ac verborum conceptione seu nullo modo presentibus pro expressis & insertis de verbo ad verbum habentes, & nemini suffragari in hoc volentes quoad premissa specialiter & expresse derogamus contrarijs quibuscunque Seu si eiusdem Archiepiscopis Episcopis Electis Administratoribus Abbatibus Abbatissis prioribus prepositis Ordinibus militijs & personis vel quibusuis alijs communiter vel diuisim à dicta sit sede indultum quod interdici suspẽdi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dicte sedis indulgentia gene-
 rali

rali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter nõ inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Tu autem vnam Duci prefato & cui ipſe mandabit cõſignare & aliam decime predicte partem ad Cameram Apoſtolicam deferri facere diligẽter procures ex traditis tibi à Domino virtutibus premiſſa tuæ curæ commiſſa ſic probè diligenter & ſollicitè exequi ſtudeas quod de tua laudabili ſolertia & diligentia ſperati, votiue, & celeris exactionis decime huiuſmodi fructus eueniant, vt ſperamus, tuque proinde apud nos & ſedem prefatam valeas non immerito commendari. Dat. Romæ apud S. Petrum an. Incar. Dominice millesimo quadragintesimo octuagesimo tertio Quinto Kt. Iunij Pontif. noſtri an. duodecimo.

Sixtus PP. IIII.

Dilecte fili ſal. & Apoſtolicam ben. Deputauimus te vt ſcis Collectorem decimarum in dominio Mediolanenſi prout in alijs noſtris ſub bulla plumbea litteris plenius continetur, & quoniam ex Ducalibus litteris ad ſuos hic oratores facilior videtur exactio ſub nomine Subſidij, quam Decimarum & tu quoque idem ſentire & affirmare diceris Tenore preſentium tibi committimus vt loco decimarum, Subſidium vſq; ad triginta millia ducatorum exigas & talis exactio ſub nomine ſubſidij &

non

non decimarum fiat perinde ac si in litteris Commissionis tuę de subsidio solum 30.millium ducat. huiusmodi & non de decimis mentio facta fuisset Dantes tibi super hoc plenam facultatem & potestatem. Premissis ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque Datum Romę apud S Petrum sub annulo piscatoris die 7.Aug. 1483.Pontific. nostri an. duodecimo.

Sistus. PP. IIII.

Dilecte fili Salutem & Apostolicam benedictionem Imposuimus anno elapso subsidium trigint. mil. ducat. super fructibus & prouentibus beneficiorum Ecclesiasticorum in Dominio Mediolanensi existentium pro subleuandis tam nostris quam Ducis Med. necessitatibus quæ cum nobis & ipsis Duci non minores hoc anno quam proxime elapso incumbant & de tua probitate fideque splem in Domino fiduciam geramus committimus tibi & facultatem damus pro presenti anno subsidium 30000. ducatorum huiusmodi in prefato Dominio imponendi & exigendi iuxta & secundum formam bulle super ipso preteriti anno subsidio emanate, quam bullam in pristinum, quoad huius quoque anni subsidium exigendum, vigorem & robur restituimus & reponimus & proinde eam valere volumus ac si pro impositione & exactione Subsidij presentis anni illa emanasset Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris Die Prima Iunij 1484. Pōtificatus nostri anno tertiodecimo.

Dilecte fili Salutem & Apostolicam benedictionem Alias (vti nuper accepimus) fe. re Sixtus IV. noster Predecessor immediatus habita ratione paupertatis Monasterij S. Marie Annuntiate oratoris S. Clare Papiensis, attentis etiam precibus dilecte in Christo filie nobilis mulieris Bone Ducisse Mediol. que pro eo tunc intercessit & sub cuius protectione illud esse dicitur Monasterium ipsum à Solutione decimarum, & subsidij vltimo loco in Dominio Mediol. impositi, exemit. Eam nos etiam exemptionem consideratis premissis seruari cupientes, supplicationibus quoque pro parte eiusdem Ducisse nobis porrectis inclinati Mandamus tibi vt a Monialibus dicti Monasterij nihil ratione decimarum & subsidij huiusmodi pro hac vices exigas aut exigi permittas Contrarijs non obstantibus quibuscumque. Dat. Romæ apud S Petrum sub annulo Piscatoris Die. 3 Decembris 1484. Pontif. nostri anno primo.

Ioannes Galeaz Maria Sphortia Vicecomes Dux Mediolani, &c. Papiæ; Anglerieque Comes, ac Genuæ & Cremonæ Dominus, Reueren. dominus Franciscus Gaddius diù apud nos resedit Apostolicus Collector & Commissarius in quo munere vir tum prudentissimus atque integerrimus,

tum

tum dignitatis amplitudinisque nostræ studiosissimus atque obseruantissimus cognitus est Ita vt dignus esse videatur, quem diligamus & vbicunq; fuerit carum habeamus. Itaq; nunc in præsentiarum ex hac prouincia decedens ad Vrbem proficiscatur, optamus iter, &c. & subditis nostris strictè iniungimus quatenus prefatum Dominum Franciscum cum socijs sex. &c. Denique ipsum comiter & honorificè excipiant. Sic eius virtuti & dignitati conuenit. &c.

Sanctissime patrum, & Clementissime Domine. Domine mi singularissime. Post Pedum oscula beatorum, & humillimas commendationes. Cum Venerabilis Dominus Franciscus de Gadis, qui à Sanctiss. fel. mem. Papa Sixto predecessore vestro constitutus Collector generalis fuerat: & deinde per Beatitud. V. confirmatus circa exactionem subsidiorum impositorum Clero vniuerso Dominij huius mei: ad pedes ipsius B. V. nunc reuertatur ob factam eius à munere eiusm reuocationem; visum est mihi curam illi dare nonnulla S. V. nomine meo in rem eorundem subsidiorum exponendi. Quare eam supplex & rogo & obsecro: vt expositionis ipsius Domini Francisci eam habere fidem dignetur, quam mihi ipsi, si coràm alloquerer: haberet; ac deinde omnibus maturè consyderatis: vt pro summa ipsius sapientia semper solet: id efficere, quod iam de benignitate

sua

ſua mihi planè ſpopondi Dat. Mediolani die x. Februarij 1485.

E. S. V.

Humilis, & deuotus S. ac filius Io. Gal. M. Sphortia Vicecomes Dux Mediolani.

B. Chalcu ..

Sanctiſſimo Patrum: & clementiſſimo domino: domino meo Papæ.

Nota 2. Comes Pal.

Ab Iuliano Cardinali, ac Legato Pontificio ſummæ auctoritatis proprio motu Comes Palatinus fuit cōſtitutus cum facultate legitimis natalibus reſtituendi nothos cuiuſcumque generis, tabelliones creandi, Altare portatile aſportandi, &c. vt patet è gemino diplomate quorum alterum ſic incipit.

Iulianus Miſeratione diuina Epiſcopus Sabinenſis S. R. E. Cardinalis S. Petri ad Vincula nuncupatus D. N. Papæ Maior Penitentiarius, In Franciæ, ac nonnullis alijs Regnis, Prouincijs & dominijs Apoſtolicæ Sedis Legatus: Dilecto nobis in Chriſto Franciſco de Gaddis Ciui, & Oratori Florentino apud Ch. Francorum Regem Sac. Palatij Lateran. Comiti Palatino Salutem in Domino. Sinceræ deuotionis affectus, quem ad Apoſtolicam Sedem

Sedem & Romanam Ecclesiam, quarum Legationis munere fungimur, gerere comprobaris, vitæ, ac morum honestas, aliaq; præclara virtutum dona & merita, quæ in te diuina propagauit clementia, & quibus personam tuam fide dignorum testimonijs cognoscimus insignitam, nos inducunt vt personam tuam condignis dignitatum titulis, & gratiosis fauoribus attollamus. Vt igitur in effectu percipias quod nobis suggerit nostræ mentis affectus, te pro eisdem meritis & virtutibus tuis extollere, &c. Datum Turonis anno 1481.

Nota 3. Regis Galli.

Ludouicus Dei gratia Francorum Rex Vniuersis presentes litteras inspecturis salutem Precipua sollicitudine intendimus eas in Consilijs nostris euocare personas, quas & fama referente & meritis incitantibus nominis præstantio . . . . vt & prudentium consilijs & peritorum iudicijs . . . . nostra in melius dirigantur. Notum igitur facimus quo nos audito fideli testimonio nobis facto de industria, discretione scientia, licteratura, probitate, virtutum ac morum honestate dilecti nostri magistri Francisci Gaddi eundem ijs de causis & alijs ad hoc animum nostrum mouentibus in Consiliarium nostrum & Magistrum Requestarum hospicij nostri ret . . . . . & ret . . . . . vs de gratia speciali per presentes Ad honores prerogatiuas, libertates immunitates, & præminentias ad dictum officium spectan-

ctantes, & pertinentes. Quocirca dilecto & fideli Cancellario nostro tenore præsentium præcipimus & mandamus. Quatenus recepto ab eodem magistro Francisco Gaddi iuramento in talibus prestari solito ipsum ad Consilia nostra & alia peragenda cum alijs nostris consimilibus Consiliarijs de cetero euocet, & admittat dictum in officium magistri Requestarum in Cancellaria nostra, & alibi vbicumque intererit exercere permittat, prędictisque honoribus prærogatiuis libertatibus immunitatibus & preminentijs vti & gaudere faciat pacifice & quiete In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud thouarcum die mensis Ian. an.D. millesimo quadrigentesimo octuagesimo primo & regni nostr. vigesimo primo.

Florentiam redeuntem Franciscum laudat Rex Epistola ad Dominos Flor. exarata gallicè, asseritq; illum ornasse munere Consiliarij, & Magistri Requestarum, quem etiam honorabit.

Hæc apud nos est, vt etiam Epist. quædam, cui hæc extima inscriptio.

A tres honoresic & moy parfait amy Missere Francisco Gadde Conseilleur & Secretaire du Roy de Francia a

Florenzo.

Nota 4. Iurisc. insignis à varia doctrina.
Huius testis hæc Epistola.

Ficinus

Ficinus Ficinius Domino Francisco Gaddo probo & docto viro S. P. D.

DEsideraui sæpiùs doctissime Gadde aliquid literarum ad te scribere, sed cum nihil te dignum mihi succurreret tacere malui, quàm rusticum aliquid, atque illepidum ad vrbanum, & lepidissimũ verùm scribere. Verum postquam huc videndi gratia Marsilium nostrum venisti, tale nobis argumentum dedisti, vt non solùm nunc ad te scribere potuerim, sed de te, & in posterum semper scripturus sim. Te enim non modo leges doctum (vt putabam) verum etiam Medicinæ, Astronomiæq; peritum esse animaduerti. Nam de his omnibus tam subtiliter disputasti, vt non mihi solum, sed omnibus qui interfuerunt, admirationi fueris. Quare maximo apud eos haberis in precio, apud me vero tanto, vt immortale à superis munus accepisse affirmaturus sim, sit ibi gratum aliquid efficere possim. Magis equidem nisi adulationis vererer opinionem tuis in laudibus abundarem. Verum opto aliquid contingere, vt id maledicis detractoribusq; inuitis audentius facere queam. Bene vale meq; te ardenter amantem ama. Sextodecimo Kal. Octob. M. CCCLXXXXVIJ. ex Agro Caregio.

Domino Francisco Gaddo probo, doctoq; viro Florentiæ.

Angelus Politianus in Gaddium.

Delicias tibi Roma suas, Florentia, Gaddi,
Datq; suas: ò quam deliciosus homo es.

Et Epist. Herm. Barbari Oratoris, qui vir doctissimus doctissimum appellat Franciscum an. 1490. cuius initium Saluus sis Francisce vir doctissime, &c.

Testes nonnullæ epist. pro ea ætate, ac persona satis eruditæ, ac elegantes, quas Franciscus scripsit magnis literatis, quos amauit, obseruauitq; laudator, & fautor non penitendus discipulus Landini, et M. Ficini, ità vt non temerè Sixtus Guarinus Ferrariensis Rhethorices professor in oratione habita Florentiæ ann. 162 . videatur retulisse Franciscum inter paucos Florentinos insignes Philosophia, ac eloquentia, quarum artium sicuti & aliarum ferè omnium libros non paucos, bonosque, manuscriptos æquè, ac excusos collegit.

Franc. M. Gualterottus Can. hoc Elogio, & Sonecto celebrauit Franciscum.

M. Francesco Gaddi.

TRà i personaggi grandi nati per giouare alla Patria, & al Publico per le grandi operazioni, e per riposare faticando si può dire certamente che nascessi M. Francesco Gaddi, del quale le azioni si possono considerare, ò come persona Ecclesia-

stica, ò come secolare, hauendo à se stesso e nell'vno, e nell'altro stato meritato nome lodeuole, e in tutti i grandi affari con molto accorgimento messo in opera la sua virtù, e considerando che l'ambizione è contraria al giusto, di quella spogliata sempre ogni operazione. Questi chiaro per gli honori, per le parentele, e per le dignità non solleuò mai se stesso in modo che la superbia vantaggiasse la sua modestia; nei primi anni doppo il finito corso delle Leggi, che Roma lo vidde fece grande disegno della sua persona, e gittò i fondamenti d'vna mirabile fabbrica, onde lo dichiarò il sommo Pontefice suo Nunzio, Commessario, e Collettore Apostolico nello Stato di Milano. Le primitie delle sue fatiche furono dichiarate per frutti pieni d'ogni perfezione, onde ne restò il suo Principe sodisfattissimo, e quello ch'era partecipe de' suoi negotj hebbe per fortuna che vn soggetto simile onorassi la sua Corte. Ritornato alla Patria Conte Palatino, e nome acquistandosi di nobile Iurisconsulto studio faticoso, e priuo d'ogni piaceuolezza quanto orreuol', e grande, non lasciò le belle lettere, e di conuersare co' professori di quelle non allontanandosi dal primo luogo nelle Accademie, benche ripiene di nobili suggetti, sotto il patrocinio degli ottimi Medici, ed il Magistrato di Marsilio Ficino, Platonizzando nelle scuole, e nella Republica, e dimostrando, quanto bene s'accompagnino gli studi col gouerno di stato; benche altri vi lodi solo gli allieui dell'esperienza; mandato dalla

Republica Oratore al Rè di Francia conosciuto il suo valimento l'elesse per vno del suo Consiglio, e Maestro delle richieste della sua Corte chiamandolo honoratissimo, e suo perfetto amico; di più aggiungendoui il titolo di Segretario; inuiato poscia al Sommo Pontefice, l'honorò come amico, e stimò grandemente come Oratore della Republica Fiorentina; e per lo suo valore l'arricchì delle sue gratie, gli effetti della sua Legatione furono registrati da fauori del Rè Ferdinando mandato Ambasciadore al Duca di Calauria, le lettere testimoniali del Padre dichiarono quello che la Maestà sua sentisse della missione di tanto huomo al figliuolo, al quale fú carissimo essercitando l'offitio d'Oratore appresso il medesimo Rè per la poca sanità, che Piero Capponi, dal quale partendosi di nuouo le fú dato carico d'Ambasciadore al Sommo Pontefice, e poco doppo ritornato alla Patria al Duca Galeazzo Maria Sforza Visconti, che ammirò ne' suo trattamenti la prudenza singulare d'vn grand'huomo di stato, e la sapienza, e integrità d'vn' Ottimo Oratore. Spedito poscia alla Republica di Venezia con certe commissioni per Giouanni Bentiuogli Signore di Bologna, e per il Duca di Ferrara con pari felicità, e prontezza esseguì li negotij della sua Republica, mandato à Verginio Orsino per comporre alcune controuersie, le quali aggiustate non furono per l'ordinario fato d'Italia; altre Legazioni fatte al Duca d'Vrbino, ed'altri Principi d'Italia sottoscrissero sempre al suo valo-

re, ma il ritorno che haueua fatto in Francia non pure haueua corrisposto all'altrui speranza, ma perfezionati voti; le tre fiate, che esercitò . . . . furono triplicate proue della sua integrità, che in ogni luogo, & in ogni tempo fú marauigliosa; e benche lo spirito dell'huomo difficilmente si conosca, pùre benissimo si conosce allora, che viene adoperato nō si potendo meglio coltiuare l'amore del publico, che con l'impiegarui persone, che del Publico Bene sieno amatori, che doue nón arriuano i Principi con la persona deuono procurare d'arriuarui con l'autorità, e con la giustizia. Morendo Francesco lasciò che i posteri raccogliessero i frutti della sua virtù; e Roma si rallegrasse di vedere il Nipote ornato di quelle por porè, che haueua desiderate nel pio personaggio certamente illust. per li Amici, per le virtù, per le dignità, e per le tante Legazioni, e degno d'vna perpetua fama.

Non è bella virtù, che non s'adopra,
E nascosto il valor nulla s'apprezza,
E sol quel nome haue immortal grandezza,
Che de' pregi d'onor viue nell'opra.

Gaddi l'oblío non celi, o'l tempo copra
Già mai del tuo la gloria, e la bellezza
Che giunse in Terra à si sublime altezza,
Che de maggior lodati ascese sopra.

Quel

Quel si rinoua ogn' or come Fenice;
E dagli scritti illustri, ò dalla fama,
Che per figli si cheari inuidian Flora.

Chi vuol operando diuenir felice,
La tua virtude immiti, e se più brama
Potrà imparare à immortalarsi ancora.

Nota 5. Legationibus apud Regem Galliarum.
De Francisco Legato apud Regem hunc adsunt testimonia plurimorum Epistolarum procerum, Reip. Principum; has è multis exscribam.

SErenissime, & Christianissime Rex Pater, & benefactor noster perpetue salutem. Reddet tibi has litteras nostras Credititias Franciscus Gaddus nobilis ciuis noster, quem nos iussimus nostro nomine esse cum opus est apud M. tuam. Ex eo, ne longiores simus, quæ sint nostra mandata intelliges. Precamur tuam Maiestatem vt eius dictis fidem adhibeas, ac si nos cum tua Gloriosissima, & Christianissima Maiestate loqueremur, cui nos & vrbem ac populum nostrum commendamus Ex Palatio nostro die 5. Dec. 1480

C. Gloriosiss. M. T.

Deuotiss. filij { Priores Lib. & Vex. Iust. } pp. Flor.

Barth. Scala,

Magni-

Magnifico Oratori Flor. D. Francisco de Gaddis conciui nostro carissimo apud Christianissimum Regem Francorum.

MAgnifice Orator noster dilectissime. Con questa sarà vna lettera alla Maestà del S. Rè di credenza in voi perche possiate comparire come persona publica per vostro honore. Et perche meglio possiate fare, & procurare le cose della Città secondo le nostre commissioni & secondo accaderà, & così vi habbiamo eletto per . . . . . . Imbasciadore apreso à cotesto Christianissimo Re con salario il dì di duc. due lā. Confortiamui à stare più honoreuolmente che potete con questo salario. Et qui faremo pagare el salario vostro di dua Mesi acciò cominciate à poter ui mettere ad ordine, el vostro vfizio comincia questo di 5. di Dic. Et . . . . per mesi dua absoluti con auctorità della prorogazione ne nostri Sig. Et così si prorogherà secondo che accaderà Presentata la lettera della credenctia alla Maesta del Re. Ringraziarete la Maesta sua del suo continuo & perpetuo amore inuerso la nostra Città & della demostrazione ne fà in ogni cosa. Et presertim per quello ne scriuesti hà operato collo Illustriss. D. Federigo, & in ogni modo per queste restituzioni delle cose nostre. Nella quale disposizione v'ingegnerete sempre mantenere la Maestà

ſua Et cõtinuamente implorerete e cõſueti fauori tanto s'habbi lo effecto di queſte reſtituzioni Delle coſe ſeguite di quà Sappiamo Lorenzo de Medici v'informa à pieno perciò per hora altrimenti non ci diſtenderemo Così delle coſe ſeguite a Roma come di Genoua & di Milano alle ſue lettere ci referiamo Voi harete ad intendere delle coſe di coſtà & continuamente tenerne bene aduiſati & in grazia ſempre della Maeſtà del Re à chi raccomanderete la Città noſtra & il noſtro popolo deuotiſſima & deditiſſima della ſua Chriſtianiſſima Maeſta Vale ex Palatio Flo. die 6. Decemb. 1480.

Octouiri }
Practice } Reipub. Florent.

Spe-

Spectabili ciui nostro Carissimo Domino Francisco
Gaddo apud Christianissimum Regem
Francorum.

Priores Libertatis &
Vexilifer Iustitiæ. } populi Flor.

SPectabilis Ciuis noster Cariss. Diamo licenza à M. Guidantonio Vespucci & mentre è stato costì non vi habiamo altrimenti affaticato. Nella sua absenzia ne terrete aduisato il più che potrete delle cose di costà Come speriamo farete perfettamente per la prudenzia vostra & diligentia Vale ex Pal. nostro die 5. Aug. 1480.

Barth. Scala.

Fuerat nomine Mag. Laurentij apud Regem eundem Gall. annum integrum, à quo Rege decedens Secretarius creatus. an. 1479. Mox à Laurentio Dec. mense legatus Romam, vt Pontifici comprobaret profectionem ad Regem Neapolis, quam deliberationem Laurentij veluti Legatus significarat Duci Calabriæ, mox Duci Vrbinatum, ac Senensibus. Neapolim etiam, Romamq; petijt Laurentio præcipiente cum Commissione Regis Ferdinandi ad Pontificem: Roma discedens Apr. an. 1480 Florentiam euocatus à Laurentio rursus Legatus ad Regem Galliæ cum stipendio, & munere Reip. Antequam

 in Gal-

in Galliam proficisceretur, Francisco hanc Epist. scripsit Rex Ferdinandus.

Magnifico viro Franc. de Gaddis Florentino nob. plurimum dilecto.

Rex Siciliæ, &c.

MEssere Francisco Vostra lettera de 21. del presente hauimo receputa, la quale ne è stata multo grata per intendere multe cose ne hauite scripte & non dubitamo omn . . . . per bona che sia multe volte è biasemata da chi più deueria essere comendata . . . la virtù de la prudentia consiste in cognoscere le passiune deli homini q . . . laudano ò vituperano le cose facte Nui simo certi omne persona virtuosa hau.. laudate & comendate le conclusione de la pace & la lega facte in Napoli & seria impossibile potesse essere persona da bene chi quelle nō ha comendat. Simo certi omne di più se vederà el fructo de queste Conclusione de tal natura che quelli le hanno biasemate seranno constricti laudarle.

De la grata . . dientia ve dono el Conte Hieronymo, & per sua intercessione la S. de N . . . . auimo hauuto gran piacere; & sperano li effecti risponderanno multo megl . . . facendo maxime Laurenzio dal cāto suo quelli vui ne scriuite.

El Reuerend. Sig. Cardinale di Milano hauimo visto multo

multo volentieri, & la sua venuta nè è stata iocundissima, per multi respecti, & speramo al retorno suo ad Roma fara assai bono fructo ad preposito delle cose occorrente.

Ad Nui sera singularissimo piacere & acceptissimo seruitio de qualseuoglia loco doue trouarite ne debiate auisare particularmente de quanto sentiriti digno de nostra noticia & specialmente de questo ve donamo carrico quando piacera ad Dio serite in corte del Cristianiss. Re de Francia doue scriuite el Mag. Lorenzo fare pensieri mandarue de presente & quando col nome de Dio serite in quella corte ne fara gratissimo facciate vera relatione de le cose como siano passate de cqua.

Al Illust. Don Federigo nostro figliolo scriuimo in recomendatione vostra, benche siamo certi non essere necessario si per lo bono loco hauite in quella Corte, si per esser manifesto ad omne vno le cose del Mag. Lorenzo essere nostre proprie. Dat. Arnoni 25. Aprilis 1480.

Rex Ferd.

Alphonſum Calabriæ Ducem, &c.

De hac Legatione ſuprà alia monumenta multa adeſt Ep. Dominorum Florent. die 9. Iul. 1485. ſcripta.

Cum in præſentia mittamus ad Illuſtriſ. Ducem Calabriæ Oratorem nobilem, & dilectiſſimum ciuem noſtrum Dominum Franciſcum Gaddum. Rogamus amicos, &c.

Et littera Regis Ferdinandi.

FErdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hrlm. &c. Cum Magnificus Vir Fráciſcus de Gaddis Ex. Dominationis Florentie Orator in præſentiarum proficiſcatur ad Illuſtriſ. Ducem Calabriæ primogenitum ac Vicarium noſtrum Generalem, ſue Legationis munus apud eundem Illuſtriſ. Ducem obiturus nomine dictę Excelſę Dominationis Florentiæ cupimus eidem Mag. Oratori eiuſque omni comitiuæ tam equeſtri quam pedeſtri; ne dum iter patere liberum, & tutum, vndequáque ipſum tranſire contigerit, verum etiam eum vbiq; honorificè ſuſcipi & ſibi prouideri de ſtantijs eo dignis cum omnibus rebus in ipſis neceſſarijs, nec non de ſtramine neceſſario, & de guidis ſeu ſcortis ſibi fortè neceſſarijs ſine aliqua ſolutione, ſeu ſalario. propterea tenore præſentium noſtra èx certa ſcientia deliberatè & conſulto dicimus committimus & mandamus expreſsè omnibus & quibuſcun

que

que Officialibus & ſubditis noſtris maioribus & minoribus pontium platearum ac paſſuum cuſtodibus exactoribus cuiuſcunque dirictus, vectigalis ſeu cabellæ in quauis huius Regni parte conſtitutis & conſtituendis ad quos, ſeu quem præſentes deuenerint, & fuerint quomodolibet præſentate, Quatenus eundem Magnificum Oratorem eiuſq; comitiuam omnem tàm equeſtrem quàm pedeſtrem vna cum ſarcinis ſeu carruaggijs, bulgijs, baligijs & fardellis, ac omnibus alijs rebus quas ſecum ducet libere tranſire, ſtare & permorari faciatis, nullum prò his exigendo dirictum aut aliquam ſolutiònem ratione ſeu cauſa cuiuſcũque vettigalis, datij, ſeu gabellæ. Quinimo dicto Mag. Oratori & eius prædictæ comitiuæ prouideatis & prouidere faciatis de dictis ſtantijs, & ſtramine, ac de guidis, ſeu ſcortis ſibi neceſſarijs ſine aliqua ſolutione ſeu ſalario: ipſumque Mag. Oratorem, eiuſque comitiuam, vt illum decet, honorifice vbique ſuſcipiendo, & liberaliter tractando: Quoniã ſic noſtre mentis,& voluntatis eſt & contrarium non faciatis quanto gratiam noſtram caram habetis, iramque & indignationem noſtras ac penam ducatorum mille cupitis non ſubire. Dat. in Caſtello nouo Neapolis xxx. Oct. M. CCCC. LXXXII.

Rex Ferdin.

{ Dominus Rex Ma.. mihi Antonello de Petrutijs. }

Federi-

Federici Regis filij propria manu litteras exaratas accepit Neapoli Franciscus agens.

S. Embassadore venendo el mio Magerdomo datorc de questa en Napuli li haio comesso alcune cose da referire da mia parte, ve prego li voliate dar fede como à me proprio offerendone sempre al piacere vostro. Scritta de mia mano en campo appresso mignano l'vltimo di Settembre.

el vostro Enfante
Don Federigo de Aragona.

Al mio multo caro & amato.
el S. Embassador Florentino.

Duas Epiſtolas accepit à M. Laur. arbitrarijs notis penè omnes ſcriptas cum hoc extimo titulo

Mag. Oratori Florentino Domino Franciſco de Gaddis.

Neapoli.

In quarum altera longiſſima, & curioſa, & prudenti extant hæc verba: Con queſta harete oltre alla lettera al Rè vna alla Ducheſſa & vn altra al S. Don Federico pure in credenza voſtra ſupra le coſe dette di ſopra.

Epiſtolas varias Reip. M. Laur. aliorumque, in quarum extima inſcriptione compellatur Orator Florentinus Neapoli; ex ijs vnam X.-virum exſcribam.

Mag. Oratori Florentino Neapoli Domino Franceſco Gaddo Conciui noſtro car.

MAgnifice Orator, &c. Per riſpoſta delle voſtre non ci occorre altro che commendare la voſtra diligenza Vedrete per information delle coſe di qua la lettera che ſcriuiamo à Piero Capponi; al quale diamo arbitrio & libertà reſtarſi di coſtà ſe vuole che è quella coſa che più deſiderremo; ma non con detrimento della ſanità ſua, & tornarſi di qua & ancora mutare aria in qualche luogo vicino ſe così gli pareſſi il meglio In ognuno di queſti dua vltimi caſi vogliamo che vi reſtiate coſtì appreſſo la Maeſtà del Re, & nella ſua abſentia ſuppliate il ſuo officio & quando lui reſtaſſi di cor-

di costa alla sua Legatione voi voliamo che seguiate nella vostra Commissione & siate sempre doue sarà la Ex. del Duca di Calabria ò costì ò in Campo che habbia à essere, secondo quella commissione che vi fù data quì alla partita vostra. Et con diligentia aduisate di quello che ogni hora accaderà. Ex Palatio nostro Die viij. Septemb. M.CCCC.XXXII.

Decem }
Baliæ } Ciuitatis Flor.

Oratoris munere apud Regem, cui reddidit litt. credititias X.virùm functus est aliquandiù òb incommodam Petri valetudinem, quo sanitati restituto proficiscitur àd Calabriæ Ducem in castra aduersus Pontificem reuersum (fuerat enim cum Duce in exercitu, quem fudit Magnificus Robertus Malatesta imperator Pontificius) ad quem reditum, & apparatum bellicum Ducem, Regemque ipsum semper excitarat Franciscus, necessarium esse disertè pronuncians ad existimationem recuperandam concordiæ tractatus rescindere, & impetu bellum redintegrare. itaque doctissimus Pontanus primus à secretis Ducis amplexus Franciscum, & osculatus fuerit òb consilium syncerè prabitum, vt asserit Franciscus in lib. Ep. ad M. Laur. ad X. viros, ad Octouiros Practicæ, ad alios proceres scriptarum. Sedè Dominio Romano Neapolim conciliata pàce mox repetunt Dux, & Franciscus, Romamq. inuisunt, ac Florentiam.

Ad S.

Ad S. Pontificem. *An.* 1483. *si credamus Epist. Feder. 2. geniti Regis Ferd. Principis Squillacij 12. Mar. 1483. humanissimè scripta, & perhonorifica*

Magnifico Viro francisco de gadiis Oratori flor. apud S. D. N. amico nostro carissimo.

Romæ

Legatum egit Romæ an. 1487. vbi die 14. Maij scriptam ab Octouiris Practicæ Epistolam accepit hac extima inscriptione insignitam.

Magnifico Oratori Flor. Romæ D. Francisco de Gaddis Conciui nostro carissimo Romæ.

Aduertendum est in Instructione initio Aprilis exhibita Francisco, & in litteris patentibus non appellari illum Oratorem.

Tamen B. Fontius vir humanioribus litt. nobilis eodem an. & mense Maij scribit Francisco, quem Oratorem Flor. apud S. Pont. appellat, vt etiam in gemina Epist. Aprilis mense exarata, quarum prima precabatur illum, vt obtineret Cornelio Io. nepoti suo Plebem S. Laurentij ad Diaccetum à Cathaneis Diaccetijs vnanimiter ei destinatam, & Abbaptiam S. Ioannis in Acerata D. Mauro fratri B. Monaco Camaldulensi. Laurentius Med. die 15. Apr. 1487. Epist. hanc inscriptionem sociauit.

Mag. Domino Francisco de Gaddis Oratori Florentino.

Romæ

Ad Mediolani Ducem non semel

Scilicet an. 1485. vt hoc Ducis diploma testatur suprà Epist. Laur. de Medicis die 8. Nou. 1485. quæ à tergo.

Ff Nobi-

Nobili viro D. Francisco de Ghaddis Oratori Florentino Mediolani.

Parme.

Et Lud. M. Sfortiæ 9. Decem. propria manu exarata epist. cum hoc titulo.

Magnifico, & prestan. amico nostro honor. d. Franc. Gaddio Ex. Reip. Florentine Oratori.

IOannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes ac Genuæ & Cremonæ Dominus. Oratorio munere apud nos pro Ex. Rep. Flor. perfunctus vir Magnificus D. Franciscus de Gadis aliquandiu nobiscum versatus est, cuius præsentia eloquio, & cæteris quibus affatim pollet virtutibus mirificam cepimus voluptatem. Nunc autem euocatus ab eadem inclyta Rep. cum repetere lares patrios constituerit, profectionem suam, & iter vbique tutum, liberumque fore cupientes Illust. Dominos, præclaras Rep., fratres amicos & beneuolos, nostros tam Ecclesiasticos quam sęculares affectuose hortamur & rogamus. Officialibus autē, Gentibus armigeris pedestribus & equestribus ac subditis quibuscunq; nostris precipimus expresse, atq; mandamus, vt dictum Dominum Franciscum cū vniuersa eius familia cū suis armis arnesijs valisijs libris vestibus impedimentis capsis rebus, & bonis omnibus eundo, stando, morando & redeundo tam eques, quam pedes die noctuque tam

tam per terram, quam per aquam per omnes passus portus pontes ciuitates oppida villas terras & loca tam nostra quam aliena tute libere & expeditissime omnique impedimento reali vel personali cessante seruatis tamen ordinibus nostris in facto pestilentiæ editis transire permittant, sibique assistant quibusuis honoribus & fauoribus oppor. Presentibus menses I I I I. prox. fut. valituris. Dat. Mediolani sub fide nostri Sigilli die 27. Decemb. 1485.

B. Chalcugm.

Locus Sigilli

Et anno 1488.

ILlustrissime Princeps frater & amice noster Carissime Salutem Franciscus Gaddus Secretarius noster reddet tibi has litteras Credititias, & que habet à nobis in coram explicabit. Ex Palatio nostro Die 3. Sett. 1488.

Priores Libertatis & } populi Flor.
Vexilifer Iustitiæ. }

à tergò

ILl. Principi ac Excellentiss. D. Io. Gal. Mar. Sphortiæ Vicecomiti Duci Mli & Papiæ Angleriæque Comiti, atq; Ianuæ, & Cremonæ D. &c. Fratri & amico nostro car.

Aduertendum est Franciscum accepisse non paucas Epistolas à magnis litteratis Flor. à Lud. Sphortia, à X. viris Baliæ & vnicam ab Octouiris Praticæ cum titulo Oratoris, quem mox obtinuit: testimonio esse possent Dominorum Mandata duplici Sigillo signata, & subscripta à Bart. Scala, cum hoc titulo Mandata Domini Francisci de Gaddis Oratoris ad Illustrissimum Ducem Mediolani, *Francisco præcipiunt, vt cum Duce doleat obitum Ducissæ Calabriæ Hyppolitæ Sphortiæ, &c. Adsunt etiam.* Adiunctiones factæ commissionibus D. Francisci de Gaddis Oratoris ad Illustriss. Ducem Mediolani.

Adest hoc Diploma Ducis Mediolani.

Ioan. Galeaz, &c.

Reuertitur in patriam Mag. D. Franciscus Gadi ciuis & patritius Florentinus qui his mensibus pro Ex. Rep. Flor. apud nos Oratorem egit. Cupimus &c. vt prefatum Oratorem cum omni eius familia ad numerum hominum XII. equitum, vel pedi-

tum

tum ac suis armis, &c. Dat. 24. Nouemb. 1488.

Ad Resp. Venetam.

An. 1492. hanc adijt, vt restituerentur quadam nostris mercatoribus ablata, Litteras etiam Credititias habuit Duci Ferrariæ, quem inuisere debebat nomine Reip. & offerre &c. Commissio illi exhibita ab Octo viris Prasticæ die 26. Dec. à quibus etiam mandatum, vt Regimen Bononiense, & Io. Bentiuolum, quibus litteras credititias afferret, inuiseret, & de negocijs quibusdam ageret.

Adest & Diploma Dominorum in quo hac verba cum octo equis & ornamentis Legationis suæ Franciscus Gad. Secretarius noster quem modo mittimus Venetias.

Ad Senensem *Legatus fuerat an.* 1489. *mense Sept. vt ipse tradit in lib.*

Bononiensem, &c.

Die XXVI. Augusti 1500.

Mag. Domini &c. elegerunt extraordinarie Oratorem ad Bononienses & D. Iohannem Bentiuolum Spectabilem Iur. Consultum Dominum Franciscum Gaddum dederuntque illi in sua hac Legatione infra scripta mandata. Lib. elect. Legatorum &c. Marcelli primi Cancellarii.

Eadem

Eadem Die

Commiſſion data à M. Franceſco Gaddi

Diſceſſit die 27. Aug. 1500.

Andrete à Bologna ſubito & con ogni preſtezza doue preſentatoui alla Magnif. di M. Giou. con le lettere di credenza che hauete da noi &c.

Magnifici Domini fratres & amici cariſſimi Mittimus ad Magnificentias V. Spectabilem Iur. Conſultum, & nobiliſſimum ciuem noſtrum Dominum Franciſcum Gaddum qui Oratoris munere apud eas fungatur, exponatque illis noſtro nomine nonnulla, quæ illi mandauimus, cui precamur fidem haberi certiſſimam non ſecus, quam nobis. Ex Palatio noſtro die XXVI. Aug. M CCCCC. &c.

Priores Libertatis &
Vexillifer Iuſtitiæ } Populi Flor.

Magnificis ac Potentibus Dominis D. Antianis Conſulibus & Vexilliferro Iuſtitiæ nec non Sexdecim Reformatoribus Status libertatis Ciuitatis Bononiæ fratribus & amicis noſtris cariſſimis.

Habemus Epiſtolam Dominorum die 6. Sept. exaratam, qua imponunt Franciſco, vt gratias agat D. Ioanni Bentiuolo ob operam praſtitam ad pacanda Piſtorij diſſidia, quæ nondum omninò ſedata, ſed propinqua compoſitioni

ſitioni optatæ videbantur: Franciſco facultatem redeundi, vt ipſe flagitarat, faciunt.

Mag. viro D. Franc. Gaddio I. C. Clariſſ. Ori & Ciui noſtro Chariſs. Bononiæ.

Bononiæ citò.

Eodem anno 1500. *obtinuit Franciſcus vna cum coniuge Oretta Guaſconia à Summo Pontifice priuilegium, quo Iobilæi cæleſtia dona hauriret inuiſendo quatuor templa vbique terrarum æquè ac ſi Romana inuiſerent.*

Bononienſe etiam regimen an. 1488. *inuiſit nomine Reip. quæ illi negocia quædam cum hoc tractāda mandauit, vt colligitur è commiſsione, & Inſtructione Dominorum.*

Diſceſſerat Florentia Aprilis die 19. *an.* 1495. *Legatus ad Vrbini Ducem conducendum, idque ĳs conditionibus egit, quibus præceperant in Inſtructione X. viri Libertatis, & Baliæ, quę extat, vt & Litteræ Patentes eorundem, qua compellatur* Lo egregio doctore noſtro dilettiſsimo Segretario, e Mandatario.

De hac legatione præter ſcriptores, adeſt Epiſtola Vgonis Comitis Carpinei, quæ incipit Magnifice domine domine mi Sing. Poſt debita, &c. Et a tergò Magnifico Domino Domino meo Singulariſsimo Domino Franciſco Gaddo digniſsimo Secretario. Ac Imbaſciatori Illuſtriſsimæ Dominationis Florentinorum, &c.

Ad

Ad Virginium Vrsinum.

Ad componendam dissensionem inter tantum ducem, & Dynastam, & S. Pontificem, quæ causa ingentium calamitatum extitit in Italia, ad quas auertendas Franciscus Legatus à Rep. cuius Litteræ Patentes apud nos, vt etiam mandata, quæ illi imposuere Octouiri Practicæ appetentes concordiæ, quam conciliari noluit fatum iniquum Italiæ diuturnis bellorũ procellis deuotę.

Ad Buccolinum. *Legatus Franc. an.* 1487. *tùm à Rep. cum à Laur. Med. vt sublata dissensione inter hunc, qui àb Eccel. imperio defecerat,*

Et S. Pontificem conciliaret concordiam, quæ consilio & ferro parta obsidente Auximum Legato Apostolico Ioan. Cardinale Andegauen. & imperatore exercitus tùm Mediolanensis, cùm Pontificij Io. Iacobo Triuultio, qui deinde rerum gestarum gloria adeo excelluit, ac dignitate.

Vrbs Buccolino die pr. Aug. certis conditionibus exeunte liberè deuenit in potestatẽ Apostolici Legati sublatis difficultatibus, quæ intercesserant; vt apertè colligitur è litteris Magnifici Laur. & Triuultij, qui Franciscum geminæ Epistolæ extima inscriptione Oratorem Florentinum compellat, vt etiam Buccolinus cuius hæc subscriptio.

M. V.

Filius Bocholinus Gonzonus p... Aux.
Eques ac Armorum... manu pp.

Et A tergo

Celeberrimo Iu. V. doc. & tanq̃ p̃ri hoñ. Dño Francisco de Gaddis de Florentia dignifs. Oratori, &c.

Ex Ho-

Ex horum, & Legati, aliorumque litteris constat, alijsq; scripturis, Franciscum tractasse negocium concordiæ R. inter Ecc. & Buccolinum, quo Pisauri relicto ob incommoda, & ægritudines latas in illo pertractando ægrotus die 7. Aug. Florentiam peruenit: vbi Octouiratum Baliæ quadrimestrem ingressus initio Nou. Eligitur Ianuar. à Secretis Dominorum, quo munere fungi cœpit inseruiens Octouiris Practicæ (hic Magistratus tunc rerum potiebatur publicam rem regendo) & extra Dominium.

Aliosque Dynastas
Ex his litt. Paten. id colliges.

PRiores Lib. & Vex. Iust. Populi Flor. Singulis atque vniuersis Amicis Confederatis & beneuolentibus nobis in quos hæ nostrę litteræ inciderint Salut. Cum in pñtia mittamus Dominum Franciscum Gaddum nobilissimum ciuem nostrũ ad Dominum Petrum Mariam Rubeum & ad Comitem Amorattum pro nonnullis negocijs ad nostram Remp. spectantibus exequendis rogamus vos vt euntem Dominum Franciscum cum omni sua comitiua tam equestri quam pedestri vsq; ad numerum decem omnibusque salmis, valisijs, arnesibus & rebus suis omnibus dum per loca ditionis vestræ transierit in eundo stando; indeq; abeundo ac ad ea redeundo amice recipiatis ac tractetis sine vlla solutione pedagij, oneris, vel gabelle. Ac etiam rogamus si à vobis petet saluum

conductum Societatem, & scortam vt se saluum conferat quo ire voluerit vt ei liberè concedatis. Id erit nobis vehementer gratum, & ingentis beneficij loco accipiemus. Ex Palatio nostro Die 31. Maij 1482.

Adsunt Litteræ creditiuæ Francisco exaratæ ad Petrum Mariam Rubeum Capitaneum armorum, ad Comitem Amorattum Taurellum armorũ Capitaneum; ad Sphortiam Secundum Vicecomitem Parmæ gubernatorem, Armorumque Capitaneum eiusdem argumẽti, eodemq; à Barth. Scala subscriptæ. Adest Instructio à Dominis Francisco exhibita, vt cum tribus his proceribus ageret, Barth. Scala scripta & signata. Adest Epist. Mag. Lauren. ad P. M. Rubeum.

Magnifice Domine. Venendo costi M. Francesco Gaddi mandato da questa Signoria amicissimo mio gli ho commesso riferisca ancora in mio nome alchune cose alla S. V. la quale io prego lo vegga volentieri & prestigli fede come se io medesimamente parlassi; & allei mi raccomando Flor. 111. Iunij 1482.

V. O. Laurentius de Med.

Extat Epist. Dominorum die 13. eiusdem mensis.

Magnifico Oratori nostro Carissimo Domino Francisco de Gaddis, &c.

Priores Libertatis & Vex. Iustitiæ } populi Flor.

Magni-

Magnifice Orator noster Bandinello aportatore conferirà con voi la cagione perche è mandato. In quello che accadesse lo consigliate & fauorite perche la cagione perche viene habbi perfectione Valete ex Palatio nostro Die 13 Iunij 1482.

Magnifice ac præstan. vir tanquam frater hon. Vista la richiesta fattame per V.M. gli respondo che licet semper gratissima mi fuosse non solamente oldere l'ambasate della vostra Ill. & Exc. Repub. e Signoria de Fior. sed anche potere eseguire soi beneplaciti, nondimeno supplico quella, e prego V.M. mi habbiano excusato se io non gli mando il saluacondotto che me chiede. perche ritrouandosse qua intorno lo exercito Ducale adarme il guasto, me ritrouo tanto occupato in molte cose à mi importante chio non hò il modo nè tempo congruo ad oldere tal cose ad essa. Vltrache etiam io comprenda questa ambasata douere essere de cose che sono de tal natura che à mi non specta de impazarmene, nè dargli altramente orecchie. Bene valeat M.V. Ex sancto Secūdo X Iunij 1482

Petrus Maria de Rubeis Comes Berceti Serenis. Du. Dominij Venetiar. Armorum.

Magnifico ac Prestanti. viro tanquam fratri hon. D. Francisco de Gaddis Oratori Floren.

Oratoris etiam titulo ornat Franciscum Sphortia Sec. Vicecomes, cuius hæc Epist.

Mag. tanquam frat. hon. Ho veduto quanto me scriue V. M. del dare licenxa al messo di quella per poter andare à S. Secondo à togliere vno saluo condotto &c. Alche resp. dico che prima che'l messo di V. M. sia giunto, doue io era per alcuni, è stato preso lui, e lo compagno fanti del campo e me furono conducti & vedute le lettere di V. M. e intesa la causa de le sua venuta li ho facto re assare e ristituirgli ogni cosa. Et l'ho facto accompagnare per el mio trombetta ma non hanno voluto li Marceschi, chel mio trombetta sia intrato con lui nella terra, hora se ne viene con le lettere della risposta secondo poterà quella vedere. Ricordo ben alla V. M. & quella priego, a cui piaza scriuere a quella sua Excelsa Signoria de Fior. che vogliano vindicarsi di questo Pietromaria e lo figlio e ancora del Conte Amorato, che habbi ano hauta tanta presunzione di fare tali robarie, e nol debeno comportare per modo alcuno, pero che ne per preghiere ne per bone parole mai restituranno cosa alcuna, che sonno homini da bastono, & come saperà meglio scriuer la V. M. A la quale me raccomando. Ex castris felicibus 9. Setm secundum die x. Iunij 1482.

Sphortia Secundus Vicecomes Comes &c.
pme log. excit. pmen. Capit.

Prio-

Priores Libertatis & } Populi Flor.
Vexillifer Iustitiæ }

Mag.....nr̃ Cariſſime, &c. Di queſta ſarà aportatore el Mag. M. Camillo Pandoni Oratore della Maeſtà del Rè Ferrando a coteſto Chriſtianiſſimo Re. Quando ſara coſti conferira con voi qual che coſa, & ſe vi richiedera di fauore alcuno & che vi adoperiate per qualche cõmodo della M. del ſuo Re & di Don Federico lo farete in quello modo che ve ne richiederà, dimoſtrando ogni amore & ogni affectione come à Imbaſciatore di Re Confederato noſtro, & come à perſona amica grata a noi come e epſo M. Camillo.

Harete con queſta i i i j. lettere di credenza in voi ſanza ſopraſcripto, ſe vi richiederà farete le ſopraſcritte à chi vi richiedera & direte quelle parole che ſi conuerãnno circa alla ſua richieſta. Vale ex Palatio noſtro die v. Maij 1481.

Barth. Scala.

Mag. Oratori noſtro Cariſſimo apud Chriſtianiſs. Regem Francorũ Domino Franciſco de Gaddis.

Epi-

Epigramma.

NOn te præteream; magnorum gratia Regum,
Publica te reddunt munera conſpicuum.
Te ſtudium Sophiæ, Legumq; peritia clarat:
Doctrina egregij te coluere viri.
Arcanos patriæ ſenſus, Regumq; verendis
Auribus hauſiſti non rudis ingenio;
Conſilio præſtans; Ludouicus Sphortia teſtis,
Vel tumidus proprio quæſijt ille tuum.

Nota 1. Ludouicus. *Hic qui ſibi, ſuæq; opinioni plaudens, vel nimiùm aliorum conſilia, prudentiamque infrà ſuam poſitam iudicabat, tamen Franciſci conſilium quærere prudentiam laudare non dedegnatus eſt. Teſtimonio hæ duæ epiſtolæ.*

Spectabilis amice noſter honoran.

MAndamo alla M. da quello Chriſtianiſs. S. Re lo egregio Zoanne ambroſo Venzago noſtro familiare per la caſone che da lui intenderete che gli hauemo commeſſo ſia con voi prima che ſe preſenti à la M. del S. Re, & la commiſſione ſua toglia el voſtro parere, & ve recheda ad interuenire al lexpoſizione ſua Ve pregamo per l'amore che portati al M. Lor. & per la confidenza che la ſua M. ne ha data de voi,

laquale

la quale ve hauemo demonstrato per l'altre nostre vogliate ben intendere questo nostro mandato & consiliarlo & adrizarlo come ve parerà essere più expediente & al proposito nr̃o che facendo come speramo in voi, ce obligareti in eterno & ne trouereti sempre ad ogni vostro piacere prontissimi. Ex arce Portę Iouis Mľi. 29. Nou. 1480.

Lud. Maria Sphortia Vicecomes de Aragonia Dux Bari ac Ducalis Dñij Locumtenens Gen.

Aluisius

Spectabili amico nostro honorando
Franc. Gaddio ciui Flor.

SPectabilis amice noster honor. Con tanta affezione diligentia prudentia & fede haueti ben exequito & conducto ad termino el desiderio nostro che non sapemo con qual parole sufficientemente ringraziarui. Magior obligo non ce porresti hauer imposto: & potendoui dechiarare l'animo nostro con qualche digna repensione ve demostraremo apertamente tanto più grato esserne stato questo vostro ben oprare, quanto quello Christianissimo S. Re excede di auctorità di stato & de gloria tutti li altri principi Christiani, & la grazia sua è da essere piu auidamente ricercata & conseruata Quanto apertiene alla deuozione

& ser-

& seruitú nostra verso la M del prefato S. Re nõ è che segli potesse agiungere, perche oltra che la ne sia lassata hereditaria da la felice & santa memo ria delo Illustris. quoñ. S. nostro patre, noi ne l'hauemo così firmata & fixa nel core che chi ne la volesse leuare saria necessario ne leuasse l'anima propria, ne altramente mai la lasseremo. Questo gli serà manifesto più per l'experientia che per nostre parole Così gli repplicarete in nostro nome, & ve affaticarete fargliene profunda impressione Ricomandandone ad essa reuerentemente. Ex arce Portæ Iouis Mediolani 22. Ianuarij. 1481.

Ludouicus Sfortia Vicecomes de Aragonia Dux Bari de Ducalis Dominij Locumt. Gen.

Aloisius.

Alex. Braccius scriptor Epist. Francisco ingeniosam, & eruditam, quæ vti litt. Bar. Scalæ, & Nic. Michelottio extat in volumine m. s. Bib. Gad. in quo Poematia Al. Braccij varia, neq; contemnenda, præsertim Epigrammata quædam arguta.

Adsunt etiam carmina Etrusca non pauca.

De hoc Braccio Parentius in v. Volum. Noi mandamo à Roma per Alex. Bracci Cancelliere prudentissimo, &c.

Aliaq; Catalogus Scriptorum Flor.

Elo-

Elogium. XXVI.

NIcolaus S.R.E. Cardinalis, Episcopus Firmanus, Sarlatensis in Gallia, Archiepiscopatum Consentinũ Thadeo ex fratre nepoti resignauit, Chlericus cubiculi Apost. literarum Apostol. Abbreuiator: Dominus Collis Scipuli, & aliorũ oppidorum, Abbas S. Leonardi in Apulia, & alijs Abbatijs in Italia, & in Gallia Transalpina præfectus inclaruit tristibus magis, quàm lætis. Vix purpureo iubare illustratus Clementis VII. obses Cæsarianis datus Neapoli in arce noua velut in carcere sordidatus diù latuit, nimirum Clemente auspice, vt àb hoc Cardinalem creatum facilè dignosceres.

Cæso Alexandro Mediceo Reipublicæ constituẽdæ patrociniũ irrito, & alieno consilio suscipiens cõductis copijs vnacum Saluiato, & Rodulphio Cardinalibus re infecta existimationem imminuisse visus est, * Illam tamèn probitate perhumani ingenij, doctrina multiplici, ac splendida liberalitate reparauit non vna virtute, meritisq; in Christianam Rempublicam nobilis. Testes publicæ tabulę summorum Pontificum, & monumenta Scriptorum. Ex humanis fatali necessitate abreptus est Nicolaus An. D. 1552. cum purpuram gestasset annos circitèr vigintisex. Demortui nomen Elegia, ac Epigrammate honorifico decorauit Pauonius.

Legendi Pona in Elogio Robertus in Gallia Christiana. Roseus l.2.cõp. Frãc. Guicc. lib. 18. Nardius. Iouius. Bartholom. Dionysius lib. 3. p. 5. Hist. Orbis. Varchius. Adrianus. Ludou. Cuicciardin. in Comm. Manutius, & Cinus in vita Cosmi M. D. Laurẽt. Strozza in vita Filippi Stroz. Epist. Principii &c. Tom. 3. Venet. edit. Nicolaus Orlandin. lib. 3. Hist. Soc. Iesu. Petrus Ribadenera in Vita S. Ignatij Loyolæ lib. 3. cap. 4. March. in vita Alex. Capochi, alijque Scriptores.

Nicolaus verò Eques nobili sepulcro, vt cernere est in Sacello Gaddio S. Mariæ Nouellæ. Epitaphium Nicolai legitur in edito libro Epitaphiorum.

Elogium XXVII.

Legendi Varchius lib. 7. Nardius l. 8. Guazzus Vasarius in vitis. An. Carus Ludouicus Martellus in Rhythmis. Raph. Borg. in Riposo. Sans. in Apol.

FRancisci frater Thadæus, qui ter Magistratum summum gessit, ac Reip. de summa consulebatur, genuit Ioannem Cubiculi Apostolici Chlericũ Decanum, atque Pontificis Commissarium. Hic literarum, eruditorumq; virorum patrocinio, optimarum artium cognitione, ac studio, liberalique ingenio nobilis aluit domi eruditos multos, quorum opera & diligentia prodierunt in lucem castigata & emendata . . . . . M. opera. Inter illos excelluit Annibal Carus Poëta primi nominis, qui tùm egregijs epistolis, tùm carminibus celebrauit Ioannem, quem fortunatum appellare decet, quòd Apollinarem Annibalem habuerit & aulicum, & præconem.

Ioannis Elogium Sepulcrale in Sacello Gaddio S. M. N.

Ioanni Gaddio Thadei filio Cameræ Apostolicæ Chlerico Decano literarum, eruditorumque virorum insigni patrocinio claro ad nomen & diuturnam memoriam Nicolaus Gad. patruo de se suisque benemirito D. an. S. 1577.

Oritur an. 1493. 8. Kal Maias. H. 13.
Occumbit 1542. 14. kal. Nouemb.

Not. 1. Thadeus &c. *De hoc legendus Priorista cum notis & lib. m. s. B. G. cuius hi tituli.*

Reso-

Resolutione di pratiche facte dallo Officio de' Dieci di libertà.

Et alter

Pratiche del anno 1496.

In quo eligitur in Senatu cũ alijs præcipuis ciuibus ad perpendenda longè grauissima negocia Reip. cum S. Pontifice, Rege Galliæ, Duce Aurelianensi.

Nota 2. Pont. Comm. *Tradit id Guazzus in historijs.*

Not. 2. Liberaliq; ing. *Hoc præditum fuisse Ioannem, & Familiam Gaddiam conijcimus è varijs Scriptoribus, inter quos Varchius lib. 9. hist. in quo liberè agit de moribus Flor. Reip.*

E nondimeno non vi mancano delle famiglie, lequali mettono tauola, & viuono splendidamente da Gentilhuomini, come gli Antinori, i Bartolini, i Buonromei, i Tornabuoni, i Pazzi, i Borgherini, i Gaddi, i Rucellai, e tra Saluiati Piero d'Alamanno con alcuni altri.

Et Vasarius in Vita Io. Franc. Rustici, vbi societatis vulgò della Cazzuola, in qua Iulianus Med. Dux Neomagensis, & alijs cum ciuibus primarijs Ioannes refertur, innumerabiles solemnes celebritates indicat, hac habet.

E Gio. Gaddi con l'aiuto di Iacomo Sansouino, d'Andrea del Sarto, e di Gio. Francesco Rustici, rappresentò vn Tantalo nell'Inferno che diede mangiare à tutti gli huomini della Compagnia, vestiti in habiti di diuersi Dij, con tutto il rimanente della Fauola, e con molte capricciose inuenzioni di giardini, paradisi, fuochi lauorati, & altre co-

fe che troppo, raccontandone, farebbono lunga la nostra Istoria.

In Mortem Ioannis extat Cari Son.

Lasso quando fioria l'vltima speme &c.

Gaddo io men vò lontan. &c.

Hunc certè nobilem sonectũ scripsit Ioanni Ludouicus Martellus, vt ille testatur in Epist. qua dicat Card. Hyppolito Med. carmina Lud. amatiss. capitis, quorum exemplaria magna ex parte habebat, cætera collegit aliundè, vt Regali situ pyramidum altius, & ære perennius exigeret monumentum amico amicus verus, hæc n. vera est amicitia amico mortuo immortalitatem parare.

Elogium. XXVIII.

Vide Zucchiũ in Idæa Secret. in qua Cari Ep. Hieronymo scriptã transcribit.

Brac. in Epist. Nuncup. ad Nic. equitem.

Conc. Trid. Catal. oratorum ac Præsulum.

Librum inscrip. Ofes, Responsa, literæ, ac Mãdata ex actis Conc. &c.

Hieronymus F. Angeli Senatoris, I.V. Doctor, Archipresbit. Florent. Sedis Apostol. Commissarius ad Nic. Equitem creandum, Episc. Cortonensis, Cosmi Med. tunc Ducis Flor. ac Senarum Orator, Nuncius & Procurator extitit in Sacro Conc. Tridentino, in quo breuem orationem habuit de pio sui principis erga sedem Apost. affectu, & Synodum obsequio, ac beneuolentia, eique actis gratijs est responsum. Præsul hic dignitate, ac virtute nobilis posteritati traditus superstes erit, cuius nomen extulere non pauci (hæc m. s. seruantur Carminibus Etruscis, atq; latinis, de cuius nobilitate, solertia rerum agendarum, grauitate morum, probitate, ac eruditione peramplum testimonium perhibuit Dux in literis, & in mandato, quæ ex Actis Concilij collecta extant in lucem edita.

De te

De te quid scribam, Præsul prænobilis, alta
Munera, virtutem pectoris anne canam?
Concilio in summo, quo stabat summa sacrorum,
Gessi ti Cosmi Principis ipse vices.
Nota tua est virtus multis: clarescere nomen
Haud poterat cætu nobiliore tuum.

Varchius in Son. spirit. celebrat Hier. hoc non ignobili.
Al Reuerendiss. Monsig. M. Giou. (*error typographi est hic ob nominis similitudinem*) Gaddi Vescouo di Cortona.

Signor mio sacro il merit ar gl' honori.

Elogium XXVIII.

THadeus, qui parentem habuit Aloysium Domicellum Romanum opibus, dominatu castrorum, & affinitatibus splendidissimis illustrem, Riani Dominus, Abbas S. Leonardi, Archiepiscopus Cosentinus, Presbyter Cardinalis, iuris scientia illustris, ingenio, rerum vsu, prudentia memorabilis extitit, cui gratiã, summorum Principum per virtutem adepto gentilis purpura decus addidit. Sed propriæ breuis vsura purpuræ fuit, quam properatam extinxit immatura mors, nimirum vt ostenderet illius inane, ac fluxum esse iubar. Mortalitatem expleuit Thadeus ætatis ann. 42. nondum expleto, & in Cænobio

